UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0001

© Universitätsbibliothek Heidelberg

gefördert durch die
DFG

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0002

© Universitätsbibliothek Heidelberg

gefördert durch die
DFG

MVSEVM

FLORENTINVM

EXHIBENS

INSIGNIORA VETVSTATIS MONVMENTA

QVAE FLORENTIAE SVNT

IOANNI GASTONI

ETRVRIAE MAGNO DVCI

DEDICATVM.

FLORENTIAE. ANNO. CIↃ. IↃ. CC. XXXI.

Ex Typographia Michaelis Nestenvs et Francisci Moücke.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0003

© Universitätsbibliothek Heidelberg

gefördert durch die
DFG

Ex
Bibliotheca
Universitatis
Heidelbergensis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0004

© Universitätsbibliothek Heidelberg

gefördert durch die
DFG

GEMMAE
ANTIQVAE
EX THESAVRO MEDICEO
ET
PRIVATORVM DACTYLIOTHECIS
FLORENTIAE
EXHIBENTES TABVLIS C.
IMAGINES
VIRORVM ILLVSTRIVM
ET DEORVM
CVM OBSERVATIONIBVS

ANTONII FRANCISCI GORII

PVBLICI HISTORIARVM PROFESSORIS.

FLORENTIAE. ANNO. CIↃ. IↃ. CC. XXXI.
EX TYPOGRAPHIA MICHAELIS NESTENVS ET FRANCISCI MOVCKE.

PRÆSIDVM PERMISSV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0005
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

I D Campiglia In. et del. V. Franceschini sculp.

IOANNI GASTONI

INCLYTO IVSTO CLEMENTI

MAGNO DVCI ETRVRIAE

AVCTORES EDITIONIS HVIVS OPERIS

FELICITATEM.

I.D. Campiglia in. et del. I.B. Lacchini sculp.

VSEI FLORENTINI Opus locupletiſſimum, exhibens inſignio-ra Vetuſtatis monumenta, quae FLORENTIAE adſervantur, votis omnium iam diu expetitum, numquam tamen magnam ob rerum molem tentatum, optatam in lucem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0007
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

cem edituri, glorioſum, & maxime illuſtre nobis fore cenſuimus, CLEMENTISSIME, & MAGNE DVX, ſi nominis Tui ſplendore, ac maieſtate nobilitatum, in manus ſtudioſorum hominum auſpicatiſſime traderemus. Si qua enim ſunt quae Tibi placeant, quae omnem antiquitatis memoriam, & eruditionem, Hiſtoriam quoque cum primis Graecam, & Romanam, ac veterem Mythologiam illuſtrent, & augeant; haec certe ex ampliſſimo Tuo munere, patefactis nobis tantis opibus, Tibi tribuenda eſſe arbitramur. Nam pretioſa omnia antiqua monumenta, quae non in hoc Volumine ſolum, verum etiam in ceteris continentur, maxima ex parte Tua ſunt. Gemmae ad omnes Claſſes ornandas cum raritate, tum artificum praeſtantiſſimorum opificio inſignes, complureſque eorum nomine inſculptae, ſummo ſtudio a Maioribus tuis conquiſitae, & a Te nuper auctae; Statuae, quas tantopere olim Graecia, & Roma ſuſpexit; Deorum, ac Dearum elegantiſſima Simulacra; Imperatorum, Regum, Caeſarum, Auguſtarumque Feminarum, & hoc amplius Heroum, Philoſophorum, Oratorum, Poetarum, atque illuſtrium Virorum Imagines; Numiſmata rariſſima; Pictorum quoque, qui ſe ipſos pinxerunt Tabulae pereximiae, ex Tuo MEDICEO THESAVRO toto orbe celeberrimo, in communem utilitatem noſtris curis nunc primum proferuntur, atque aeterni-

ternitati commendantur. Quod quidem noſtrum facinus quam Tibi gratum, omnique favore proſequendum duxeris, non ſemel pro ea qua nos complecteris regia humanitate declarare voluiſti. Probe enim intelligis, CELSISSIME PRINCEPS, quantum laudis, & gloriae conferant haec praeclara antiquitatis ſtudia Patriae noſtrae, in qua optimae artes tuorum MEDICEORVM HEROVM cura, & praeſidio ab oblivione, & interitu ſunt vindicatae. Perſpectum quoque Tibi eſt quantum utilitatis, & ornamenti ea afferant litterarum rei publicae; quamque magnam ſegetem eruditionis ex hac ditiſſima rariorum monumentorum ſupellectile ſtudioſi cultores ſint collecturi. Summam igitur atque immortalem laudem ex Tuo auguſto nomine ſibi promittit hoc Opus, quod libenti animo, perennique obſervantiae noſtrae ſignificatione Tibi offerimus, ac dedicamus. Neminem enim latet quam frequenter in librorum lectione verſeris, quam acre ſit in rebus omnibus tuum iudicium; quanta mentis ingeniique vis, ac praeſtantia, quam ſingularis complurium linguarum peritia, quam eximia diſciplinarum Hiſtoriarumque cognitio. Merito Te omnium Etruriae Regum eruditione excultiſſimum; Aequitate, Clementia, Iuſtitia, flagrantiſſimo in omnes ſubiectos Tibi populos amore, & humanitate conſpicuum; publicae felicitatis Conſervatorem

maxi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0009
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

maximum, denique MITISSIMVM atque IVSTISSIMVM PRINCIPEM omnes praedicant. Serena igitur, ut soles, fronte, ac perbenigno animo accipe, MAGNE DVX, hoc munus, summi erga Te obsequii nostri monumentum, nulla umquam futurorum temporum iniuria abolendum; & vive, publicis votis, omniumque bono & commodo quam diutissime.

I. D. Campiglia in. et del. — I. B. Lucchesini sc.

AD LECTOREM

PRAEFATIO

ANT. FRANCISCI GORII.

I. D. Camp. in. & del. — I. B. Lucchesini sc.

ETERVM MONVMENTORVM GEMMARVMQVE cum primis insignem hanc supellectilem antequam iudicio cultorum antiquitatis subiiciam, quod faustum, felix, fortunatumque sit, pauca mihi in ipso limine praemittenda sunt, quae declarent qui nam sint auctores huius Operis, qui Voluminum numerus, quae elegantiarum omnium vetusti aevi in communem utilitatem, & studium expositarum series, ordo, ac distributio; quodque in iisdem illustrandis meum consilium fuerit, & labor.

Quod igitur primum omnium dicendum est, huius Operis locupletissimi nondum antea spe concepti, nedum tentati auctores editoresque sunt aliquot Florentini Equites, avito generis splendore nobilissimi, iuvandis ornandisque optimis artibus maxime dediti; qui ut aeterno nomini huius inclytae Vrbis decus adderent pereximium, remque viris eruditis facerent gra-

tiſſimam, patrias omnes antiquitates, maxima ex parte ad hoc tempus ineditas, quibus eadem tantopere inclaruit, in optatam iamdiu lucem proferre ſtatuerunt.

Laudato itaque probatoque ab omnibus conſilio colligendi evulgandique quidquid FLORENTIAE exſtat antiqui operis, peregregium, & ſingulare, multoque ſelectum iudicio, ac diligentia, huic antiquitatum ſyntagmati titulum fecerunt MVSEVM FLORENTINVM, quod inſigniora veterum artificum opera quae in celebrioribus Florentinis Cimeliothecis adſervantur, ac praeſertim in MEDICEO THESAVRO, in unum collecta, atque obſervationibus illuſtrata exhibeat: exceptis dumtaxat vetuſtis e marmore anaglyphis ſculpturis, itemque Graecis, & Romanis inſcriptis lapidibus, qui pariter Florentiae viſuntur, quod a me iam editi fuerint in Parte I. Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium; quibus etiam aliae addi debent priſcae eruditionis reliquiae, & Sarcophagi quamprimum in publicum proferendi in altera eiuſdem Operis Parte, quae iam ſub prelo eſt.

Totum hoc MVSEI FLORENTINI Opus Volumina X. complectuntur. Singulis nullus, ut ſolet, adſignatus numerus; quod hoc vel illud Voluminum corpus alterum ſine altero ſtare poſſit: quod etiam eo conſilio factum eſt ut cuique liceat hoc vel illud, vel denique omnia, ut lubet, Voluminum corpora ſibi comparare. Vnumquodque vero Volumen aereis inciſis Tabulis C. vel etiam pluribus, ubi neceſſe fuerit, conſtabit.

Volumen hoc in ordine Primum, quod prae manibus habes, ingenue Lector, continet GEMMAS ANTIQVAS, opificio, & eruditione inſignes, VIRORVM ILLVSTRIVM ET DEORVM Imagines exhibentes; quarum quum tanta ſit copia (nam *Camea*, ut vulgo dicimus, ſunt centum ſexaginta, Gemmae vero inſcalptae ſexcentae ſupra quadraginta tres) ne mentem confunderent ſi inordinate exponerentur, in Claſſes IV. accurato quoad fieri potuit ordine digeſtae fuere; qui ordo diligentiori

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0012
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tiori cura in altero quoque Gemmarum Volumine ſervabitur.

Ne quid vero ſtudioſum Lectorem lateat ſingula perſpicue cognoſcere cupientem, quid unaquaeque Claſſis eiuſdem Voluminis Primi contineat oſtendam. Claſſis I. exhibet Tabulis XXIIII. Imagines Imperatorum, Caeſarum Auguſtorum Auguſtarumque, & Virorum illuſtrium. Claſſis II. Imagines Regum, Reginarum, & Heroum profert Tabulis XVI. inciſas. Claſſis III. Philoſophorum, Oratorum, Poetarum Muſarumque Imagines Tabulis XI. expreſſas continet. Claſſis denique IV. Imagines Deorum Dearumque Tabulis XLIX. diligenter delineatas exponit; ex quibus magna profecto accedit lux Hiſtoriae, veterique Gentium Mythologiae, multique antiqui auctores earumdem Gemmarum eruditione, quam continent, valde illuſtrantur.

Ad reliqua Volumina deſcribenda nunc gradum facio, quae ſumma cura, ac ſollicitudine parantur, ut quamprimum in lucem prodeant; iamque a Chalcographis plurimae Tabulae Voluminis II. & III. abſolutae ſunt, maiori certe, ut videbitur, labore, ac diligentia, quum iam ex ceteris praeſtantiores ad id opus delecti fuerint. Turpe enim eſt in rebus, quae patriae gloriam augent, civium ſtudia langueſcere, atque remitti.

Secundum igitur Volumen alias item GEMMAS perinſignes complectetur, ac primum illas quae Scalptorum nomine, vel Graeca, vel Latina epigraphe ornatae ſunt. Sequentur poſtea Gemmae, quae Religionis, Pacis, & Belli ſtudia, veteremque Hiſtoriam, & Mythologiam maxime dilucidant. Huius Voluminis ſplendori ac nobilitati ne quid deſit, proferentur complures GEMMAE, quae HOMERICAE dici poſſunt, quod immortale HOMERI Poema egregie illuſtrent.

Volumen III. marmorea SIGNA, ſive STATVAS Deorum Dearumque, & Hominum illuſtrium producet; quae quidem maxima ex parte eximia ſunt veterum Sculptorum magni nominis opera: quibus in delineandis caelandiſque non modo Chal-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0013
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

cographorum, qui huic operi ſedulo incumbunt, verum etiam peritiſſimi Pictoris Ioannis Dominici Campiglia, qui exquiſito labore, multaque diligentia has omnes antiquitates delineavit, certavit induſtria: iam enim antequam hanc curam ſuſciperet, complurium annorum ſtudio, & obſervatione illuſtriora fere omnia veterum artificum monumenta, quae Romae viſuntur, vel ſibi, vel exteris pinxerat.

Volumen IV. numquam antea publici iuris factas depromet Caeſarum Auguſtorum Auguſtarumque & Virorum illuſtrium PROTOMAS; ex quibus abſoluta eorum effigies, ſpiranteſque vultus animo facilius concipi poterunt.

Volumen V. proferet ahenea omnia Deorum Dearumque SIMVLACRA, & SIGILLA elegantiora, compluribus peculiaribus ſymbolis ornata; aliaque huius generis ex aere ſculpta opera, e quibus magna profecto eruditionis copia hauriri poterit.

Volumen VI. VII. & VIII. ſelectiora, & praeſtantiora producet NVMISMATA adhuc inedita; eaque praeſertim quae in Mediceo Gazophylacio ingenti copia reperiuntur, ſervato ordine, & magnitudinum forma.

Volumen tamdem IX. & X. PICTORVM toto orbe celebriorum, qui ſe ipſos pinxerunt, Picturaeque artem ad ſummum gloriae faſtigium evexere, ICONAS exhibebit; quorum effigies egregio ſtudio delineavit, maximaque ſimilitudine expreſſit eximius Pictor Ioannes Dominicus Ferrettius Florentinus, meus adfinis.

De Florentinis Cimeliothecis, praecipue vero de Theſauro Mediceo, ex quo haec fere omnia deprompta ſunt, nonnulla nunc dicenda ſuperſunt. Primum igitur de eiuſdem MEDICEI CIMELIARCHII origine, & progreſſu verba facturus, illud ſilentio praetereundum non eſt, quod eruditiſſimus Ezechiel Spanhemius perſpicue oſtendit in Diſſertatione I. de Praeſtantia, & Vſu Numiſmatum antiquorum, MEDICEAE AVGVSTAE DOMVS

He-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0014
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Heroas omnium primos veterum monumentorum utiliſſimum ſtudium in Italiam invexiſſe. Eminet inter hos LAVRENTIVS MEDICES, cognomento, & re ipſa MAGNIFICVS, litterarum, litteratorumque parens optimus; qui ſcalptas gemmas antiquas, perrara numiſmata, codices tum Graecos, tum Latinos, pretioſas denique omnes, quas undique per viros doctos invenire potuit venerandae antiquitatis reliquias, in aes, vel in marmor inciſas, diligentiſſime conquiſivit, & ab interitu vindicavit: qui etiam tranſmiſſo poſteris harum lauticiarum ſtudio, & amore, veluti e ſpecula ad nominis aeternitatem conſequendam hoc nullo umquam tempore intermoriturum lumen accendit. Ex his priſcae aetatis monumentis quantum adiumenti ad commentationes ſuas adornandas atque illuſtrandas conſecutus fuerit doctiſſimus Angelus Politianus in Praefatione Miſcellaneorum, quae eidem LAVRENTIO dedicavit, diſerte teſtatur.

Conſecutis temporibus idem ſtudium, eademque digniſſima regum mente cura augendi has antiquae eruditionis divitias, viguit mirum in modum in omnibus Mediceae Gentis Principibus, praeſertim vero in FRANCISCO, & FERDINANDO II. Etruriae Magnis Ducibus; ac poſtmodum immenſum paene crevit in LEOPOLDO MEDICE, Cardinali ampliſſimo; qui nulla impenſarum habita ratione ex Africa etiam advehi Florentiam iuſſit complures aras, & vetera inſcripta monumenta, regiaque plane magnificentia, & ſplendore MEDICEVM CIMELIARCHIVM inſtruxit plurimis Gemmis elegantioris operis, omnigena eruditione refertis, quas olim diuturno ſtudio ſibi conquiſiverat rei antiquariae peritiſſimus Leonardus Auguſtinius.

Ingens decus, & ornamentum eidem Muſarum ſacrario addidit etiam COSMVS III. omni aevo ſumma cum laude memorandus, expoſitis in publicum bonum compluribus antiquis inſcriptis tabulis, ſignis, nummis, iiſque praeſertim quos ex Hiſpania fere ad ſex millia Florentiam aſportari praecepit. Idem

quo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0015
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

quoque ut patrui ſui Cardinalis LEOPOLDI ab Etruria Principis amplificatoris maximi Mediceae antiquitatum ſupellectilis aeternitati nomen conſecraret, conſpicuo, atque inſigni in loco, nimirum in Medicea PINACOTHECA, ab eo inſtructa ornataque Tabulis Pictorum toto orbe celeberrimorum, qui ſe ipſos pinxerunt, marmoream ſtatuam eidem dedicavit, elegantique epigraphe in eius baſi inciſa, perennem erga eum amoris, & obſequii ſui ſignificationem declaravit.

Nova quoque deinceps aliorum rariorum monumentorum Gemmarumque acceſſione locupletata eſt MEDICEA GAZA ab inclytis Filiis COSMI III. FERDINANDO Etruriae Magno Principe, & IOANNE GASTONE feliciter regnante Magno Etruriae Duce; qui ſuperiore anno trecentas, multoque plures Gemmas conſummatiſſimae, atque elegantiſſimae ſculpturae, aliaque antiqua opera in ea condidit, quae olim ornaverant inſignem Cimeliothecam praeſtantiſſimi Viri, meorumque ſtudiorum fautoris optimi Petri Andreae Andreinii, Patricii Florentini. Eximiis pariter laudibus celebranda eſt Magna Etruriae Princeps ANNA ALOYSIA Electrix Palatina, quae compluribus perraris Gemmis opulentiſſimam Mediceam DACTYLIOTHECAM inſtruxit cumulavitque; adeo ut nihil hodie in omni veterum elegantiarum genere deeſſe videatur; etiamſi & alia addi poſſent vetera e marmore anaglypha, ſtatuae, tabulae atque arae inſcriptae, quae tum Romae in Aedibus, & in Hortis Mediceis, tum in compluribus ſuburbanis Villis Mediceae Domus adhuc exſtant, & magna cum voluptate, atque admiratione ſpectantur.

Poſt Mediceam plurimum quoque dignitatis ſplendoriſque his Voluminibus contulit ditiſſima DACTYLIOTHECA STROZIA, e qua complures Gemmae exquiſitiſſimo artificio, & raritate commendabiles prolatae ſunt. Tantarum opum eximius conquiſitor fuit pietate, & eruditione ſpectatiſſimus Praeſul LEO STROZIVS, qui in ea condidit quidquid non ipſa ſolum anti-

qui-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0016
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

quitas, verum etiam natura, & ars praecipuum, & obſervatu dignum habent. Gemmarum omnium copiam ſingulari humanitate nobis fecere Princeps Tereſia STROZIA, praelaudati Praefulis Leonis ex fratre filia, Cimeliorumque eius heres, Virque eius Laurentius STROZIVS Forani Princeps, quum heic Florentiae in avitis Aedibus diu commorarentur. Complures item Gemmae elegantiores ex aliis Florentinis Cimeliothecis, nimirum Marchionum RICCARDIORVM, NICCOLINIORVM, Comitum EX GHERARDESCA, Nobilium CERRETANIORVM, & Senatoris Philippi BONARROTI deſumptae ſunt; qui quum ſit omnium conſenſione totius antiquitatis Genius, penitioriſque eruditionis conſultiſſimus, plurimum conſilio, & auſpiciis ſuis profuit huic Operis editioni, mihique ipſum in rebus difficilioribus conſulenti, iudicium ſuum aperuit, datis etiam libris, quos adire poſſem. His accedunt Cimeliothecae Nobilium GADDIORVM, & Marchionis GVADAGNI, de quorum auctoribus deque copia veterum monumentorum, quae in iiſdem ſpectantur, iam diſſerui in Praefatione Partis I. Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium; quare eadem rurſum in medium adferre ſupervacuum, ac fortaſſe legentibus nimis grave eſſe cenſui.

Gemmarum omnium antiquarum tum in hoc edito Volumine, tum in altero quamprimum edendo, ſeries, ordo, ac diſpoſitio, quam nemo ad hoc tempus, nec ii quidem qui minori copia Gemmas protulerunt, umquam adhibuit, tota tribuenda eſt praeclaro ſtudio, & diligentiae C. V. Sebaſtiani Blanchii Praefecti Regii Cimeliarchii Magni Ducis Etruriae. In Claſſe IV. quamvis plures Gemmae repetantur, quae idem fere Deorum Dearumque ſimulacrum vel parum diverſum referunt, tamen quum emineant artificio, & elegantia (nam ad id magna cura a praelaudato Blanchio ſelectae ex aliis pluribus ſunt) nullo modo omittendas eſſe viſum eſt. Quemadmodum igitur in his Claſſibus adornandis, diſponendiſque egregius fuit eius labor,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0017
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

bor, & cura, ita in me eximia, ac propemodum ſingularis fuit humanitas; qui mihi paene ſingulas Gemmas prototypas, quas illuſtrare debebam meis oculis obſervare, vel cum nummis conferre, quoties opus eſſet, cupienti, cumulatiſſime ſatis fecit. Neque illud ſilentio praetereundum eſt ſingulas Imagines Tabulis inciſas peraccurato iudicio collatas fuiſſe cum archetypis Gemmis, atque eo uſque emendatas, ſi res poſtulaſſet, donec abſoluta ſimilitudine referrent illos illuſtres Homines, quos exhibebant. Id etiam ut facilius, ac tutius praeſtari poſſet ſingulis Gemmis aptiſſimae figurae modulus datus eſt; nam figura ſi delineentur valde magna, nimiſque aucta, minus perfecte prototyparum imaginum ſimilitudinem exprimere poſſunt. Ex quibus etiam facile intelligi poteſt nos publicae utilitati, ſtudioſorumque hominum commodo conſulere voluiſſe, expoſitis in qualibet Tabula pluribus Gemmis, ex quibus alii forſitan non duo Volumina, ſed multo plura confeciſſent.

In ſubiecta ſingulis Gemmis, ut ita dicam, teſſera (nam veterum teſſerarum ſchema imitatur) primum adnotatum eſt genus ſculpturae eiuſdem Gemmae: nam ſi anaglyphum ſit, *exſcalptum* appellatur Gemmae opus, pervulgato ſermone (*Cammeo*); ſi vero cavis ductibus inciſum ſit *inſcalptum* dicitur, hoc eſt (*intaglio cavo*); quibus Gemmis veteres ad obſignandum, ut plurimum, uſi ſunt: quae quidem in Tabulis huius dumtaxat Voluminis, eo modo ut in ſuis prototypis obſervantur aliis placuit ut exprimerentur, ne qua in re a Pictoris delineatione Chalcographi diſcederent, quum exemplaria ipſa, ut aiunt, calcanda fuiſſent. Primum ſculpturae genus Leonardus Auguſtinius in Praefatione ad Gemmas antiquas *anaglyphicum*, ſive *anaglypticum* dixit; ſecundum vero *glypticum*, ſive *diaglypticum*.

Notatur poſtea in eadem teſſera qualitas Gemmae, an ſcilicet imago exſcalpta, vel inſcalpta ſit *Chalcedonio* vel *Iaſpidi*, vel *Sardae*, vel *Achatae* ceteriſque pretioſis lapillis. Sequitur poſtea

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0018
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

ſtea per ſingulares item notas expreſſum nomen Dactyliothecae e qua ſingulae Gemmae proferuntur : ſubiecta vero linea eiuſdem Gemmae figuram , nempe altitudinem , & latitudinem indicat : ubi vero linea deeſt indicatur allatum iconiſmum magnitudine , & forma ſua prototypam ſculpturam aequare .

Conſentaneum certe videbatur in eadem ſubiecta teſſera prolatam imaginem cuius nam ſit , & quid referat paucis deſcribere , ut nihil ab iis , qui vel voluptatis tantum cauſa libros luſtrare ſolent , vel ut multi faciunt , praelibare , deſiderari poſſet . Verum in tanta loci brevitate , & anguſtia id fieri commode minime potuit ; neque etiam longa plerumque epigraphe parvo in loco expreſſa gratam pulchramque oculis ſpeciem praebuiſſet : quare Gemmarum omnium Indicem , ſeu perbrevem Deſcriptionem praemittere ante omnes Tabulas , ut feci , commodius , atque opportunius viſum eſt ; adeo ut qui Obſervationes meas legere noluerit , ea contentus eſſe poſſit . In ferendo iudicio Imaginum , quae in ſingulis Gemmis ſcalptae ſunt, eumdem Indicem adeat obſervetque ſtudioſus Lector ; nam ad eumdem me refero : quum , iuxta vetus proverbium ex Euripide in Hippolyto , quod etiam experientia ipſa confirmat, αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι , adeoque prioribus curis ſemper ſint praeferendae .

Quod nunc ad me pertinet , quid in iiſdem Obſervationibus elucubrandis meo labore , & ſtudio conatus ſim , iudicent viri docti , ad quorum patientiam , humanitatemque confugio ; qui, ut ſperare libet, non modo quid fecerim , huiuſce currentis anni ſpatio , verum etiam quid facere voluerim cogitabunt ; meorum vero obtrectatorum invidiam , & mendacia alio in loco magis opportuno , ut decet , refellam . Illud etiam ingenue fateri cogor pluribus curis diſtentum , his non ſolum laboribus ſufficere debuiſſe, verum etiam aliis, nempe editionibus iam multo ab hinc tempore inceptis duorum librorum , ſcilicet Inſcri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0019
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ptionum antiquarum, quas ſelegi ex Collectaneis ineditis Praeſtantiſſimi viri Ioannis Baptiſtae Donii Patricii Florentini, & alterius Partis Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium, quas, Deo favente, quamprimum publici iuris faciam. In deſcribendis Virorum illuſtrium Imaginibus ut iciunitatem effugerem, paullo fuſius ea etiam quae ad mores eorum, & res geſtas pertinent ex Hiſtoriae penu deprompſi, ac veluti quoddam vitae ſpecimen eorumdem exhibui. Non enim brevitatem illam laudandam eſſe exiſtimo, quae vel ſubtrahit cognitioni quae animadverſione digna videntur, vel obſcuritatem inducit, lucidumque ordinem tollit, atque confundit. Accedit quod non ſolis hominibus plene doctis ſcribimus, ſed iis etiam, qui optimis ſtudiis ſunt initiati. In illuſtrandis Deorum Dearumque Iconibus ſi quae videar notatu digna praetermiſiſſe, quum rurſus alia eorumdem Numinum ſimulacra proferentur, erit tunc opportunus locus alias item obſervationes in medium adducendi, quas ex lectione veterum auctorum in hanc rem conquiſivi.

Illud nunc reliquum eſt ut vetera monumenta, quae, more maiorum, ad ornandum hunc librum veluti parerga quaedam iudicio, & ingenio praelaudati Viri Sebaſtiani Blanchii addita ſunt, breviter exponam. Primum igitur in altera fronte huius Operis cernitur averſa pars numiſmatis Medicei primae magnitudinis, inter praeſtantiora numerandi; in qua expreſſa eſt Fortuna ſedens cum copiae cornu, & gubernaculo in ſiniſtra, dextera ferocem equum freno coërcens, cum hac epigraphe: FORTVNAE MANENTI. COS. V. P. P. S. C. pertinetque ad Commodum Imperatorem, tertiam expeditionem meditantem, in qua a Senatu retentus fuit, ut auctor eſt Lampridius; qui in antica eiuſdem numiſmatis, COMMODVS ANT. P. FELIX. AVG. BRIT. cum hac inſcriptione expreſſus eſt. Hunc nummum inter praeſtantiores illuſtrat Celeberrimus Vaillantius. Perbelle convenire videtur hic typus Fortunae *Manentis* tam praeclaro rario-

rum

rum antiquitatum promptuario ; nam quum omnia paullatim temporis iniuria vel labefactentur , vel deleantur , libri tantum & chartae durant manentque aere perennius ; atque , ut ait Martialis , *Solaque non norunt haec monumenta mori* .

In fine Praefationis exhibetur Gemma tum magnitudine , tum operis praeſtantia inſignis , in regio Mediceo Gazophylacio adſervata ; in qua faberrime ſcalptus eſt HERCVLES INVICTVS, ad orbem luſtrandum , expurgandumque a monſtris , & nefariis hominibus virtute ſua duce incedens , leonis Nemeaei a ſe domiti exuviis armatus , clavamque in humeris gerens : quo aposphragiſmate primum RESPVBLICA FLORENTINA , Magnique poſtea Duces Etruriae ad obſignandum uſi ſunt , maiorum auctoritate , & conſilio , qui Herculem Lybicum noſtrae gentis , deducta in Etruriam Colonia , auctorem fuiſſe tradiderunt , ut memorat diligentiſſimus Vincentius Borghinius differens de Origine Florentiae . In labro perelegantis argenteae thecae , in qua recondita eſt deſcripta elegantiſſima Gemma , haec ſcripta leguntur: COSMVS. MED. R. P. FLOR. DVX. ET. EIVS. CONSILIARII.

Praepoſita eſt Claſſi I. in ornamentum Aquila legionaria , ex aheneo typo Mediceo deſumpta , excepto dumtaxat Iovis fulmine , pedibus eiuſdem addito a Pictore ex ingenio , quae volanti ſimilis eſt ; cuius dorſo anuli , ſive anſae adhaerent , per quas haſtae cuſpidi infixa geſtari ſolebat ab Aquilifero Legionis ; quae Legio fortaſſis XXIIII◦ fuit : nam hic numerus ſculptus eſt in ala dextera eiuſdem Aquilae , cuius Legionis cognomina nos latent . Altitudine fere aequat dimidium Romani pedis .

Initio Obſervationum in Gemmas antiquas Claſſis I. quae a Numa Rege exordiuntur , cernitur in maiori littera Nobilitas ſtans , dextera haſtam , ſiniſtra Palladis icunculam tenens , quae deſumpta eſt ex typo argentei nummi Medicei , in quo in antica parte cernitur Geta Caeſar ornatus chlamyde , capite nudo, cum hac epigraphe : P. SEPT. GETA CAESAR PONT. & in

postica NOBILITAS. In fine eiusdem Classis I. additum est tropaeum variis barbararum gentium armis constructum, ad exemplum numismatis aerei primae magnitudinis e Mediceo Thesauro, in quo in anteriori facie legitur: M. ANTONINVS AVG. GERM. SARM. TR. POT. XXXI. in posteriori vero: IMP. VIII. COS. III. DE SARMATIS S. C.

Heroum insignia clava, arcus, & pharetra, quae ornatus gratia praeponuntur in fronte Classis II. delineata sunt ex typo aerei numismatis Medicei maximae magnitudinis Commodi Imperatoris; cuius caput, Herculis more, ornatum est leonina pelle, cum hac inscriptione L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS AVG. PIVS FELIX. in altera vero parte scriptum HERCVLI ROMANO. In principio litteram ornat Quirinus Romulus, arma ferens Iovi FERETRIO, ex aereo numismate primi moduli in Mediceis Cimeliis, quod percussum est in honorem Antonini Pii Imperatoris, ut docet etiam inscriptio; ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III. cuius posterior pars habet: ROMVLO AVGVSTO S. C. In fine eiusdem Classis II. tiara Parthica cum armis relata est ex nummo argenteo Augusti Caesaris.

Classis III. Phrygio item opere decorata, in medio exhibet schema veteris *fritilli* ahenei trium fere unciarum altitudinis, ex quo tali in lusoriam tabulam mittebantur; qui fritillus extrinsecus tantum, non vero intrinsecus, gradibus quibusdam in modum coronidis ornatus est. Maior littera Securitatis typum exhibet, quam a liberalibus studiis, ac praesertim a Philosophia veteres praestari docuerunt; quae expressa est innixa columellae sinistro cubito, hastam Deorum Dearumque insigne dextera tenens, ex numismate primae magnitudinis Imperatoris Gordiani Pii Felicis Augusti; cuius antica pars hanc praefert inscriptionem: SECVRIT. PERP. S. C. In fine eiusdem Classis III. Poetarum eximium decus additum est Lyra septem chordis instructa, quam delphines efformant, cerniturque supra echeum parvus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0022
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

vus mus chordam arrodens; in quam plura exſtant Epigrammata in Anthologia, ut inferius dicam.

Deorum Dearumque ſimulacra exhibenti Claſſi IV. praepoſitus eſt in fronte ex archetypo Mediceo deſumptus aheneus Tripus plicatilis, altitudine unius fere pedis Romani, addito dimidio; habetque integrum antiquum vas, latum ex diametro fere pedem unum Romanum; quo fortaſſis Romani Imperatores in expeditionibus uti conſuevere ad ſacrificia Diis facienda, vel in peragenda exercitus luſtratione. Altaria quoque portatilia in uſu apud veteres fuiſſe, ſuper quae victimae immolarentur, oſtendunt marmoreae Columnae tropaeis inſculptae triumphalis Arcus, ut videtur, inſignia, quae exſtant in Mediceo Theſauro. Ignis ex vaſe eiuſdem tripodis ardens, thuris ſuffumigium vaporans, ex ingenio Pictoris factus eſt. Vetera numiſmata perſpicue oſtendunt ſacrificia Diis peracta fuiſſe non modo ſuper aras, verum etiam ſuper tripodes. Incognitos hos fuiſſe Etruſcis ex eo coniicio quod numquam in antiquis iam editis eorumdem ſculpturis occurrunt; duplex tamen occurrit ara in Etruſcis Monumentis quadrata, & rotunda, quae ingentem craterem, & hypocraterium refert, ut videre eſt in Tab. LXXVIII. Tom. I. Dempſteriani Operis pag. 461. lit. A. Tripodes, ut compertum eſt, vel aurei, vel argentei, vel aerei fuere, variiſque ſymbolis, & emblematibus ornati; interdum etiam a marmoreis ſignis, vel baſibus eximii operis ſuſtentati, ut docet Pauſanias in Atticis Cap. XVIII. & XX. Plura ornatiſſimorum tripodum ſchemata attulit Sponius in fine Sectionis III. Miſcellaneorum. Athenaeus Lib. V. & VI. tripodes deſcribit quadratis angulis, & opere inſignes; ex quo etiam diſcimus eoſdem carminibus, & inſcriptionibus decoratos ad ornatum templorum dedicari conſueviſſe. Sed de his, ac de ceteris qui in praemium poetis, athletiſque dabantur, & in funebribus ludis, erit alius opportunior ad agendum locus.

Lit-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0023
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Littera in principio eiuſdem Claſſis expoſita exhibita eſt ex antica parte numiſmatis aerei Medicei, primi moduli cuſi in honorem M. Iulii Philippi Imperatoris, in quo ſtat Dea Pax dextera oleae ramum, ſiniſtra haſtam tenens. In fine eiuſdem Claſſis IV. ſimpulum ex aere elegantiſſimum ex Medicea rerum antiquarum ſupellectile producimus, altitudinis fere ſex unciarum Romani pedis, quo in Deorum ſacrificiis veteres utebantur.

His diligenter expoſitis ſupereſt, Benevole Lector, ut hoc praeclarum tum Equitum Florentinorum, tum meum de litterarum re publica optime merendi ſtudium favore tuo proſequaris; ſin minus, illud more maiorum his meis lucubrationibus ſubiiciam, quod ſcriptum fuiſſe in antiqua marmorea baſe nuper Romae reperta nuntiatum mihi eſt, nimirum: VTERE FELIX. ac demum: AMPLIORA FACIAS. MELIORA DEDICES. FELICITER.

IN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0024
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

INDEX
GEMMARVM
ANTIQVARVM

QVAE IN HOC VOLVMINE

OBSERVATIONIBVS ILLVSTRANTVR.

CLASSIS I.

IMPERATORVM CAESARVM AVGVSTORVM AVGVSTARVMQVE
ET VIRORVM ILLVSTRIVM ROMANORVM
IMAGINES XXIIII TABVLIS EXHIBENS.

* *Nota Aſteriſci praepoſita numero Romano* CAMEVM *indicat. Quae carent ea nota ſunt* GEMMAE. *Sequens numerus barbarus paginam declarat.*

TABVLA I.

I. II. *NVma Pompilius.* Pag. 5. 6.
III. *Lucretia.* 6.
IV. *L. Iunius Brutus.* 7.
V. *C. Sulpicius.* 7.
VI. *Sextus Pompeius.* 7. 8.
VII. VIII. *C. Iulius Caeſar.* 8.
* IX. *M. Iunius Brutus.* 8.
X. XI. * XII. *Auguſtus.* 9.

TA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0025
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA II.

* I. AVgustus. 9. 10.
II. *Tiberius iuvenis, non vero Augustus videtur.* 10.
III. * IV. *Livia Augusta.* 10.
V. *M. Claudius Marcellus.* 11.
* VI. * VII. *M. Agrippa.* 12.
VIII. *Caius Caesar.* 12. 13.
IX. *Lucius Caesar.* 13.
X. *Caii, & Lucii Caesarum capita adversa. In postica eiusdem Gemmae lupa lactans Romulum & Remum sub ficu ruminali, adstante Faustulo pastore.* 13. 14.

TABVLA III.

* I. PRotoma *Tiberii Caesaris.* 14.

TABVLA IV.

* I. TIberii *Caesaris, & Liviae Augustae capita iugata.* 15.
II. * III. * IV. *Tiberius Caesar.* 15.
V. *Drusus Tiberii filius, non vero Nero Claudius Drusus.* 16.
VI. *Antonia Augusta.* 16.
VII. *Germanicus Caesar.* 16. 17.

TABVLA V.

* I. GErmanicus *Caesar.* 17. 18.
II. *Caius Caesar Caligula.* 18.
III. * IV. *Ti. Claudius Caesar.* 18. 19.
V. *Tiberii Claudii Caesaris, & Valeriae Messalinae Augustae capita iugata.* 19. 20.
* VI. *Claudius Britannicus Caesar.* 20.
VII. *Iulia Agrippina Augusta.* 21.
VIII. * IX. * X. *Nero Claudius Caesar.* 21. 22.
XI. *Octavia Augusta.* 22.
XII. *Sabina Poppaea Augusta.* 23.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0026
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA VI.

I. II. IMp. Servius Sulpicius Galba . 23. 24.
III. *Imp. M. Otho Caesar* . 24.
IV. V. *Imp. A. Vitellius Caesar* . 25.
* VI. *Imp. Caesar Flavius Vespasianus Augustus* . 25. 26.
* VII. *Titus Caesar Vespasianus Augustus* . 27.
VIII. *Iulia Augusta Titi Caesaris F.* 26. 27.

TABVLA VII.

* PRotoma *Titi Caesaris Vespasiani Augusti* . 27.

TABVLA VIII.

* PRotoma *Imp. Nervae Caesaris Augusti* . 29.

TABVLA VIIII.

* PRotoma *Imp. Caesaris Traiani Augusti* . 29. 30.

TABVLA X.

I. * II. IMp. *Domitianus Augustus* . 28.
III. * IV. *Imp. Traianus Caesar Augustus* . 30.
V. *Plotina Augusta* . 30.
VI. *Marciana Augusta* . 30. 31.
VII. *Matidia Augusta* . 31.
VIII. *Matidia Matidiae Augustae F.* 31.
IX. *Imp. Caesar Hadrianus Augustus* . 32. 33.
X. *Sabina Augusta* . 33. 34.
XI. * XII. *Antinous Hadriani Imperatoris delicium* . 31. 32.

TABVLA XI.

* PRotoma *Imp. Caesaris Hadriani Augusti* . 32. 33.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0027
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TAB. XII. XIII.

* * P*Rotomae Sabinae Auguſtae* . 33. 34.

TABVLA XIIII.

I. L. *Aelius Verus Caeſar* . 34. 35.
II. III. *Antoninus Pius Auguſtus* . 35.
IV. V. *Fauſtina Auguſta* . 36.
VI. VII. *Imp. M. Aurelius Antoninus* . 36.
VIII. IX. *Fauſtina Auguſta Pii F.* 37.
* X. *Fauſtinae Auguſtae , & Imperatoris M. Aurelii Antonini capita adverſa* . 37.

TABVLA XV.

I. L. *Verus Caeſar Auguſtus* . 37. 38.
II. *Lucilla Auguſta* . 38.
III. IV. *M. Aurelius Commodus Caeſar Auguſtus* . 38. 39.
V. *Criſpina Auguſta* . 39.
VI. *Imp. Caeſ. M. Didius Severus Iulianus* . 39. 40.
VII. *Manlia Scantilla Auguſta* . 40.
VIII. *Peſcennius Niger Imperator* . 40.
IX. *L. Septimius Severus Imperator Auguſtus* . 41.
X. *Iulia Severi Auguſta* . 41. 42.
XI. *Imp. Caeſ. M. Aurelius Baſſianus Antoninus* . 42.
* XII. *P. Septimius Geta Caeſar* . 43.

TABVLA XVI.

* I. I*mp. Caeſaris M. Opelii Macrini , & Diadumeniani eius filii capita adverſa* . 43. 44.
II. *Imp. Caeſar M. Opelius Macrinus* . 43. 44.
III. IV. *Imp. Caeſar M. Aurelius Antoninus Elagabalus* . 44.
* V. *Iulia Aquilia Severa Auguſta* . 44. 45.
* VI. VII. VIII. *Imp. Caeſar Maximinus Auguſtus* . 45.
IX. *Iulius Verus Maximus Caeſar* . 45.
X. *Imp. Caeſar M. Antonius Gordianus Pius Auguſtus* . 45. 46.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0028
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XVII.

I. IMp. Caeſar Diocletianus . 46.
* II. Conſtantinus Magnus ; aliquibus tamen videtur effigies Titi Veſpaſiani Caeſaris Auguſti . 46. 47.

TABVLA XVIII.

* IMperator Conſtantinus Iunior Auguſtus . 47. 48.

TABVLA XIX.

* IVlianus Imperator cum Helena , ſub Spei typo, ut aliquibus videtur ; mihi vero Lunae , ſive Iſidi ſacrificans . 48.49.50.51.

TABVLA XX.

CVM RELIQVIS QVAE HANC CLASSEM ABSOLVVNT
PARTIM CERTAS PARTIM INCERTAS
IMAGINES CONTINENS.

* I. AVguſti caput laureatum . 51.
* II. Nervae caput laureatum . 51.
* III. Traiani caput laureatum 51.
* IV. Caput nudum vel Traiani Caeſaris , vel Patris eiuſdem Traiani . 52.
* V. Liviae Auguſtae fortaſſis velatum caput . 52.
* VI. Fauſtina fortaſſe Iunior . 52.

TABVLA XXI.

* I. NEronis , vel Druſi Caeſaris Germanici F. caput . 52.
* II. Matidia Auguſta , ut creditur , Marcianae F. 52.
* III. M. Aurelius Caeſar . 52.
* IV. Hadrianus Caeſar . 52.
V. VI. Poſtumi Caeſares , Pater , & Filius . 52.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0029
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXII.

I. ANtinoi Herois, ſeu potius Theſei caput. 53.
II. Caput nudum incognitum. 53.
* III. Caput nudum iuvenile incognitum. 53.
* IV. Antoninus Baſſianus Caeſar, Princeps Iuventutis, ut videtur. 53.
* V. Criſpina forſitan Auguſta. 53.
* VI. Iulia Paulla Auguſta. 53.

TABVLA XXIII.

I. CAput laureatum, forſitan Albini Caeſaris. 53.
II. Caput iuvenile laureatum, forſitan Gordiani Pii Caeſaris. 53.
III. Capita Imperatorum iugata, fortaſſis Hadriani, & Aelii Caeſarum. 53.
IV. Iulia Auguſta Titi Caeſaris F. 54.
* * V. VI. Caeſarum iuvenilia capita laureata incognita. 54.

TABVLA XXIV.

* I. CAput Imperatoris barbatum incognitum, uti etiam cetera quae ſequuntur. 54.
* II. Caput viri barbatum. 54.
III. Caput viri barbatum. 54.
* IV. V. VI. Capita Imperatorum Romanae Reipublicae, vel Conſularium Virorum incognita. 54.

CLASSIS II.

REGVM REGINARVM ET HEROVM IMAGINES XVI TABVLIS EXHIBENS.

TABVLA XXV.

I. II. ALexander Magnus Macedonum Rex. 55.

* III. Ly-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0030
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

* III. *Lysimachus Rex*. 56. 57.
IV. V. * VI. *Pyrrhus Epirotarum Rex*. 57. 58. 59.
VII. *Ptolemaeus Auletes Rex Aegypti*. 59. 60.
VIII. *Ptolemaeus Iunior Rex Aegypti*. 60.
IX. *Cleopatra Aegypti Reginarum ultima*. 60. 61.
X. *Mithridates Ponti Rex*. 61. 62.
XI. *Massinissa Numidarum Rex*. 62. 63.
XII. *Diomedes Heros*. 63.

TABVLA XXVI.

I. PErgamus Heros. 64.
II. *Ptolemaeus Ptolemaei Auletis F. natu maior, Aegypti Rex*. 64.
III. *Rhoemetalces Thraciae Rex*. 65.
IV. *Caput senile barbatum incognitum*. 65.
V. *Philistis Regina*. 65.
* VI. *Cleopatra Selene Aegypti Regina*. 65. 66.
VII. *Feminae incognitum caput*. 66.
VIII. *Artemisiae Reginae Cariae, ut videtur, effigies*. 66.
IX. *Berenecis Magnae forsitan caput*. 66.
* X. *Reginae Aegypti incognitum caput, Isidis specie; corona ex arundineis calamis intexta insigne*. 66.
XI. *Ptolemaeus Apion Cyrenarum Rex*. 67.
* XII. *Caput forsitan Arsinoes Reginae*. 66.

TABVLA XXVII.

I. II. * III. SEmiramis *Assyriorum Regina, ut Augustinio videtur; vel, ut Maffeio, Rhodogune Persarum Regina; verum in Gemma I. aliquibus videtur Musae caput*. 67. 68.
IV. *Caput Reginae, vel Heroinae, vel Virginis Vestalis incognitum*. 68.
* V. *Caput Augusti velatum*. 68.
* VI. *Caput Reginae peculiari corona insigne, nobis incognitum, specie Iunonis Laciniae*. 68.
* VII. *Caput, ut videtur, incognitae Reginae Aegypti, velo reticulato, & Gorgone alata supra verticem insigne*. 68.
VIII. *Feminae incognitae, fortassis Liviae Augustae, caput coronatum, & velatum*. 68.
IX. *Feminae, forsan alicuius Amazonum Reginae vultus*. 68.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0031
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXVIII.

* PRotoma alicuius Reginae fortaſſis Syriae, capite velato. 69.

TABVLA XXIX.

I. CAput incognitum, forſitan Hannonis Kartaginienſium Ducis, vel Iugurthae Numidarum Regis. 69.
II. Caput Regis fortaſſis Thraciae. 69.
* III. IV. V. Syriae Reges incogniti. Gem. III. f. refert Antiochum Secundum. IV. Demetrium Polyorcetem. V. Demetrium Soterem. 69.

TABVLA XXX.

* I. II. * III. CApita Regum nobis incognitorum, diademate ornata. 96.
IV. * V. Heroum capita incognita. 69. 70.
VI. Reginae fortaſſis Aegypti caput incognitum. 69. 70.

TABVLA XXXI.

* FEminae forte an e Domo Auguſta caput adhuc ignotum. 70.

TABVLA XXXII.

I. MEleagri Herois caput, ut videtur. 70.
II. Theſei Herois caput. 70. 71.
III. Hyacinthus Amyclae Regis Spartanorum filius, diademate revinctus. 71.
* IV. Leandri natantis per mare imago. 72.
V. Meduſae morientis caput. 72. 73.
VI. * VII. Meduſae languentis capita. 72. 73.
* VIII. * IX. * X. Meduſarum truciter intuentium capita. 72. 73.

TABVLA XXXIII.

* * MEduſarum capita varia ſpecie ſculpta in Gemmis IX. 72. 73.

TA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0032
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXXIV.

I. * II. III. HErculis iuvenis capita, leonina pelle circa collum nodo revincta. 74.
IV. V. Virorum ex Heraclidibus, vel Herculis ſtudioſorum capita. 77.
VI. Hercules corona oleaginea redimitus. 75.
VII. Hercules Monſtrorum Domitor. 74.
VIII. Hercules Bibax, hederacea corona redimitus. 75.
IX. Hercules Luſtrator orbis. 74. 75.
X. Herculis caput nudum. 74.
XI. Hercules Servator, quercea ornatus corona. 76.
* XII. Herculis caput nudum. 74.

TABVLA XXXV.

I. II. * III. * IV. * V. * VI. OMphalis, vel Ioles capita leoninis exuviis ornata. 77.
VII. VIII. IX. Heraclidarum, vel ſectatorum Herculis capita. 77.
X. * XI. Hercules Pollens, Invictus. 74.
XII. Hercules populeo ſerto coronatus. 76. 77.

TABVLA XXXVI.

I. HErcules infans utraque manu ſerpentes comprimens, & delphinum calcans. 78. 79.
II. Hercules Victor, oleaſtro ſe coronans. 80.
III. Hercules Propugnator, cum arcu, & clava gradiens. 80.
IV. Hercules Athleticus. 81.
V. Hercules compluribus aerumnis confectus, quieſcens. 81.
VI. VII. Hercules clavam ſuper humeros deferens, manu pudenda abſcondens. 81. 82.
VIII. Hercules ſuas aerumnas narrans Euryſtheo Regi. 82.
IX. Hercules Leonem Nemeaeum ſuffocans. 82.

TABVLA XXXVII.

I. * II. HErcules Leonis Nemeaei ſtrangulator. 82.
III. Hercules ab inferis rediens. 84.

IV. * V. Her-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0033
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

IV. * V. *Hercules tricipitem Cerberum vinciens*. 84.
VI. *Hercules Hydrae Lernaeae interfector*. 82. 83.
VII. * VIII. IX. *Hercules Tauri Cretenſis domitor*. 83. 84.

TABVLA XXXVIII.

I. *Hercules Stymphalidum expulſor*. 83.
II. III. IV. *Hercules Amori ſuccumbens*. 84. 85.
* V. *Genii, ſive Cupidines clavam Herculis attollentes*. 80.
VI. *Hercules captivus, ab Amore victus*. 84. 85.
VII. VIII. IX. *Omphale devicti Leonis Nemeaei exuviis, & clava ab Hercule donata*. 85.

TABVLA XXXIX.

I. II. *Hercules infans ſerpentes ſuffocans*. 78. 79.
III. *Hercules Victor, Apro Erymanthio inſidens, ſcyphum & clavam gerens*. 83.
IV. *Achilles Pentheſileam ſemianimem ſuſtinens*. 85.
V. *Hercules Cerberi domitor*. 84.
VI. *Hercules Hydrae Lernaeae interemptor*. 82. 83.
VII. *Hercules Servator, liberato Prometheo, inexſaturabilem aquilam brachio ſuſtinens, altera vero manu ſcyphum*. 84.
VIII. *Hercules Rex, ornatus radiata corona & aſtris*. 86.
IX. *Hebe Herculis Immortalis uxor, ambroſiae poculum praegu-ſtans*. 86.

TABVLA XXXX.

* *Hermeraclis ſigillum elegantiſſimum*. 86.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0034
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

CLASSIS III.

PHILOSOPHORVM ORATORVM POETARVM ET MVSARVM IMAGINES XI TABVLIS EXHIBENS.

TABVLA XXXXI.

I. *ZEno Citieus*. 88.
II. III. *M. Tullius Cicero*. 88. 89.
IV. V. VI. VII. * VIII. *Socrates*. 87. 88.
IX. *Thales Mileſius*. 89.
X. *Hippocrates*. 89.
XI. *Architas Tarentinus*. 90.
XII. *Anacreon Teius*. 90.

TABVLA XXXXII.

I. *PHilemon*. 91.
II. *Platonis forſitan imago*. 91.
III. *Philoſophi caput incognitum*. 91.
IV. *Xenocrates Chalcedonius*. 91.
V. *Pittacus Mitylenaeus*. 92.
VI. *Diogenes Sinopenſis*. 92.
VII. *C. Gracchus Orator*. 93.
* VIII. *Ariſtoteles Stagirita, vel potius Seneca, ut videtur*. 93. 94.
* IX. *M. Porcius Cato*. 94.
X. *Caput Viri Conſularis Romani incognitum*. 94.
XI. *P. Valerius Poplicola*. 94. 95.
XII. *M. Antonius Triumvir*. 95.

TABVLA XXXXIII.

I. II. *HOmerus; ſed aliquibus videtur Aeſculapius: nam Homerus numquam viſus laurea corona redimitus*. 95. 96.
III. *Heſiodus*. 96.
IV. *Pindarus*. 96.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0035
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

v. *Sophocles* . 97.
vi. *Ariſtophanes* . 97.
vii. *Virgilius*. 98.
viii. ix. *Sappho* . 99.
x. *Virgilius perſonam manu praeferens* . 98.
xi. *Euterpe brevi canens tibia , pateram manu gerens* . 100.
xii. *Corinna Poetria laurea corona redimita*. 99. 100.

TABVLA XXXXIV.

i. *Melpomene amicta palla , ſeu ſyrmate , columnae innixa , ſenilem Tragicam perſonam contemplans , e qua guttae ſanguinis largiter manant*. 100. 101.
* ii. *Melpomene ſeminuda , ſenilem Tragicam perſonam horrificam contemplans*. 101.
iii. *Erato ſaltans , & fidibus canens*. 102.
iv. *Thalia ſeminuda , pede inſiſtens ſcopulo , altera manu perſonam iuvenilem , altera pedum gerens* . 102.
v. *Vir ſedens , rudi cippulo aptans Comicam perſonam , & tigillum tenens* .
vi. *Mercurius Inferus columellae innixus , chlamyde amictus , altera caput arietinum , altera vero virgam gerens* . 103. Sed vide pag. 146.
vii. *Genius Theatri ſedens , Comicam perſonam praeferens* . 102.
viii. *Hiſtriones , ſeu Pantomimi , Senex , Servus , & Mulier in ſcena geſticulantes* . 102. 103.
ix. *Vrania ſeminuda , volumen oſtentans , cum Luna ſilenti poſt tergum , & Sole circa pedes* . 103.

TABVLA XXXXV.

* i. *Sileni calvi perſona , adductis ſuperciliis , ore ſemibiante , & barba in plures cincinnos diſpoſita*. 101. 102.
* ii. *Sileni vinoſi perſona , cum barba in quatuor pendentes cincinnos calamiſtrata* . 101. 102.
* iii. *Perſona Tragica viri recalvaſtri , ore immaniter hiante , & terrifico* . 101.
iv. *Satyri perſona* . 101. 102.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0036
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

v. *Sileni perſona Tragica, capite coronato, cavis, & inanibus oculis, ore immaniter biante, cum barba calamiſtrata.* 101.

* vi. *Sileni ſubridentis perſona Comica.* 102.

vii. *Satyri perſona, capillamentis, & bircina barba inſignis.* 101.

viii. *Feminae perſona Tragica, ad maerorem exprimendum efficta, calamiſtrata, & cum corona plexa e ſuis capillis.* 101.

ix. *Senis barbati perſona ore placido, cum duobus globulis in capite prominentibus.* 102.

x. *Feminae perſona, capillamento calamiſtrato.*

xi. *Senis recalvaſtri, & auriti perſona.*

xii. *Fauni, vel Satyri perſona Comica, ad riſum excitandum compoſita, cum barba cincinnis calamiſtratis prolixa, & cum corona e capillis facta, adpoſito pedo.* 101. 102.

TABVLA XXXXVI.

i. *Sileni hederacea corona redimitus, pendentibus utrimque baccis.* 101. 102.

iI. *Senis barbati caput calvum.*

iiI. iv. *Multiplex quoquoverſus facies virilis.* 102.

v. vi. vii. *Symplegma perſonae Senis, & Feminae.*

viii. *Fontes in medio duorum capitum iuvenilium e vaſe erumpentes, & in eos defluentes.*

ix. *Symplegma perſonarum Feminae cum caprinis cornibus, & barbati Senis.* 101.

x. *Symplegma perſonae Senis, & Feminae.*

xi. *Viri, & Feminae capita Ianum referentia.*

xii. *Symplegma perſonae Senis horricomi, barbati, & Feminae.*

TABVLA XXXXVII.

i. *Sileni auriti perſona Comica, iuxta poſita fiſtula.* 101. 102.

iI. *Comicae Iuvenum perſonae.*

iiI. *Fauni perſona, ſub qua fiſtula, & cymbalum.* 102.

iv. *Capitum Satyrorum ſymplegma, cum hederacea corolla.*

v. *Hiſtrionum Senum perſonae.* 101. 102.

vi. *Perſonae Comicae Fauni, & Sileni, adpoſito pedo.* 101.

vii. *Perſona Sileni cum perſona Tragica coniuncta.*

viii. *Symplegma trium capitum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0037
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

IX. *Symplegma trium capitum .*
X. *Caput Satyri in caudam delphini desinens .*
XI. *Symplegma capitis Senis , & Feminae , supra quae Mortis calvaria .*
XII. *Symplegma capitis Feminae , & Socratis .* 102.

TABVLA XXXXVIII.

I. *Bacchae persona Comica , hedera redimitae .* 101.
II. *Sileni , seu Philosophi persona .*
* III. *Satyri auriti persona , hederacea corolla revincti .*
IV. *Mulieris persona Tragica , capillis calamistratis , & corymbo ornata .*
V. *Personae Tragicae ad luctum compositae , capillorum corona in modum baccarum ornatae .*
VI. *Feminae persona Tragica , capillis in metam concinnatis , & calamistratis .* 101. 102.
VII. *Satyri persona Comica , adposita fistula .* 102.
VIII. *Satyri , & Feminae personae Scenicae .*
IX. *Manus ramusculum olivae tenens , media inter personas Scenicas .*
X. II. *Symplegma ludicrum plurium capitum virilium .*
XII. *Symplegma capitis Senis barbati , & arietis , qui tritici spicam ore praefert .*

TABVLA XXXXIX.

* I. *Fauni persona , capite pampinis redimito .* 101. 102.
II. *Panos persona .*
III. *Socratis persona .*
IV. *Bacchae persona .*
V. *Symplegma personarum Sileni , Satyri , & Panos .*
VI. *Persona militis galeati .*
VII. *Symplegma personae Minervae , Socratis , & Sileni .*
VIII. *Symplegma adsimile ex pluribus capitibus .*
IX. X. XI. XII. *Grylli , sive Gemmae aenigmaticae , quae ex pluribus capitibus animalium simul consertis , Diis sacris , constant .* 104.

TA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0038
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA L.

I. PErſona Feminae, & Senis. 101. 102. 103.
II. Perſona Feminae, Philoſophi, & calvariae Mortis.
III. Perſona Militis, & Philoſophi.
IV. Perſona Socratis, & Satyrae cornigerae.
V. Perſona Panos, Sileni, & Philoſophi.
VI. Perſona Feminae, & duorum Philoſophorum.
VII. Perſona Feminae, & duorum Philoſophorum.
VIII. Perſona Feminae, & duorum Philoſophorum cum horrificis barbis.
TAB. V. n. III. CEnsente senatu delendam esse Caesarum sobolem, nulla re clarus nisi consulatu, privatae rei administratione vix dignus, a Praetorianis perpaucis militibus tumultu excitatis, e deformi palatii latebra ad supremum Romani imperii fastigium evectus est TI. CLAVDIVS CAESAR, (9) cuius imago egregie inscalpta

(1) Secundus eius Consulatus cum Tiberio Caesare contigit, nempe ab V. C. DCCLXXI. a Christi ortu XVIII. qui notatur in insigni marmorea Tabula Florentiae in Aedibus Nobilium Virorum Rodulphiorum, quam edidi in Parte I. Inscript. ant. Etruriae Vrbium pag. 316.
(2) Vide Tacitum Annal. Lib. II. c. LXXII.
(3) Vide Suetonium in eius vita c. 9.
(4) Ex eodem Suetonio c. 13.
(5) Ex eodem c. 11. 34. & 37.
(6) Idem ibidem c. 52.
(7) Ibidem Suetonius c. 45.
(8) In eius vita c. 50. Vide Plinium Histor. Nat. Lib. XI. Cap. 37. Statium Lib. III. 3. Senecam Lib. I. de Beneficiis Cap. XXXI.
(9) Consulendus Dio Romanae Historiae Lib. LX. fere in principio.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0172
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

pta cernitur in hac Gemma, capite laurea corona decorato.

Ex ſequenti vero Gemma artificis praecellenti manu inſcal- TAB. V. pta, quae cum nummis eiuſdem Claudii congruit, clare apparet *n. IV.* portentum fuiſſe hominis a natura non abſolutum, ſed tantum inchoatum, ut Antonia minor eius mater dictitabat; (1) &, ut ferunt, qualis certe fuit ſtolidus, hebes, ignavus, & ad omnia pavidus; quamvis etiam, ut Suetonius narrat, auctoritas dignitaſque formae non deeſſet, quam identidem deturpabat riſus indecens, ira turpior, ſpumante rictu, humentibus naribus; praeterea linguae titubantia, caputque cum ſemper tum in quantulocumque actu vel maxime tremulum. (2) Primus poſt Iulium Caeſarem in Britanniam profectus eſt, ſine ullo proelio parte inſulae recepta; ſextoque quam profectus erat menſe, Romam reverſus triumphavit maximo apparatu; eique arcus tropaeis inſignis erectus eſt in IX. Regione, ornatus ſtatua equeſtri. (3) Inter eximia eius opera, & quidem magna, etſi multa non neceſſaria, (4) quibus Vrbis ſplendorem auxit, memorandi ſunt arcus ductus Aquae Virginis diſturbati, iamque per Caium Caeſarem inchoati, quos novos fecit, ac reſtituit; Aqua Claudia Romam perducta, erogatis in id opus talentum ſexaginta millibus; magnificus Portus ad oſtia Tiberis conſtructus ad peregrinum frumentum Romam devehendum, ne in poſterum cives inopia, ac fame laborarent; Emiſſarium Fucini Lacus, operantibus adſidue triginta millibus hominum per undecim annos, inenarrabili impendio, abſoluto tandem canali, per tria paſſuum millia, partim effoſſo monte, partim exſciſo; quorum operum gloriam ſaevitia, crudelitate, ac luxuria maxime obſcuravit.

Pereleganter in Gemma, quae ſequitur, expreſſa ſunt capita TAB. V. iugata Tiberii Claudii Caeſaris, & VALERIAE MESSALINAE AVGV- *n. V.* STAE tertiae eius uxoris omnium feminarum impudiciſſimae, (5) quae eum de Britannis triumphantem carpento ſecuta eſt; mox ſupplicio affecta, quod C. Silio clam nupſiſſet. (6) Exceſſit Claudius Caeſar III. Idus Octobris, Aſinio Marcello, Acilio Aviola Conſulibus, ſexageſimo quarto aetatis anno, imperii vero deci-

(1) Lege Suetonium in eius vita c. 3.
(2) Ex eodem in eius vita c. 44. Vide etiam Iuvenalem Sat. VI.
(3) Conſule Dionem Lib. LX. & Ioannem Vaillant Numiſmatum Praeſtant. Tom. II. pag. 58. in Claudio.
(4) Haec deſcribuntur a Suetonio in eius vita c. 20. a Plinio Hiſt. Nat. Lib. XXXVI. Cap. XV. a Tacito Annal. Lib. XII. c. 13. a Dione Lib. LX.
(5) Meſſalina Barbati Meſſalae, conſobrini Ti. Claudii, filia. V. Suetonium in Claudii vita c. 26. De eius impudicitia Iuvenalis legendus Sat. V. v. 115.
(6) Ex eodem Suetonio in vita Claudii c. 27. & 26.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0173
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

mo quarto ; oblato ei , ut aliqui ferunt , in domeſtico convivio , per Agrippinam , quam poſtremo ſibi matrimonio iunxerat , medicato boleto , quem cibum avidiſſime appetebat . (1)

CLAVDIVS BRITANNICVS CAESAR.

TAB. V. *n. VI.*

COntinet haec Gemma anaglyptice caelata eximii ſcalptoris opus pulcherrimum , & ſingulare , imaginem videlicet CLAVDII BRITANNICI Caeſaris , adhuc impuberis , decoro vultu ; quem Claudius Caeſar ex Valeria Meſſalina ſuſcepit imperii viceſimo die , in ſecundo ſuo conſulatu , moxque parta de Britannis victoria Britannicum appellavit . (2) Videri alicui forſitan poterit Nero Caeſar , nondum matura aetate ; ſed vultus lineamenta a Graecis nummis , etſi rudi opere ſculptis , (3) valde differunt , in quibus vera Britannici effigies impreſſa cum hac Gemma collata per omnia concordat . Hunc pater (4) *parvulum etiam tum , & militibus pro concione , manibus ſuis geſtans , & plebi per ſpectacula , gremio , aut ante ſe retinens , aſſidue commendabat , fauſtiſque omnibus eum acclamantium turba proſequebatur ;* quod veram dignamque ſtirpem ſuſcipiendo patris imperio , columenque Domus Auguſtae futurum , utpote egregia praeditum indole , cenſebant . (5) Agrippinae artibus , Neroniſque odio , & invidia imperio excidit , miniſtrante ei venenum Pollione Iulio , Tribuno Cohortis Praetoriae , fato functus antequam decimum quartum aetatis annum expleret . (6) Virtutis eius poſtmodum memor Titus Imperator ſtatuam ei auream in Palatio poſuit , alteramque ex ebore equeſtrem in Circenſi pompa praeferendam dedicavit . (7) Ornatur BRITANNICVS Caeſar chlamyde ; quod arbitror a peritiſſimo artifice factum , ut eo ornatu Principem Iuventutis deſignaret ; qui , ſedente Circenſibus ludis patre , cum aemulo Nerone Troiae ludricum iniit , ceteris poſtea nobilibus pueris equorum decurſione certantibus . (8)

IVLIA

(1) Teſte eodem Suetonio ibidem c. 44.
(2) Ex Dione Xiphilinus in Claudio . Suetonius in Claudio c. 43. Euſebius in Chronico.
(3) Hi optime conſervati exſtant in Medicea Gaza, quos commode videre potuimus .
(4) Eodem Suetonio narrante in Claudio c. 27.
(5) Conſulendus Tacitus Annal. Lib. XII. c. 68. & Lib. XIII. c. 14. Item Seneca in Octavia , & Suetonius in Claudio c. 43. Xiphilinus ex Dione , in Nerone .
(6) Ex eodem Tacito Annal. Lib. XIII. c. 15.
(7) Id narrat Suetonius in Tito c. 1.
(8) Vide Tacitum Annal. Lib. XI. c. 11.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0174
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

IVLIA AGRIPPINA AVGVSTA.

REgnandi libidine flagrantiſſima, compluribuſque obnoxia vitiis prodit ex hac eleganti Gemma AGRIPPINA Germanici Caeſaris, & Iuliae Agrippinae Auguſti neptis, filia. Haec primum Paſſieno Criſpo bis conſuli, deinde Cn. Domitio Ahenobarbo nupta eſt, ex quo procreavit Claudium Domitium Neronem; inde patrui ſui Claudii Caeſaris auguſtis nuptiis clara, faſtu, ſuperbia omnibus intolerabili quam maxime intumuit; quem poſtea, adoptato Nerone, quem in regno ſtabilire cupiebat, venenato boleto ſuſtulit: mox & ipſa honore omni, & poteſtate privata, contubernio quoque ac Palatio expulſa, eiuſdem Neronis iuſſu occiſa eſt apud Antium. (1) TAB. V. n. VII.

NERO CLAVDIVS CAESAR.

PRaeſtantis ſcalptoris eximia peritia ſpectanda eſt in his Gemmis, quae NERONEM CLAVDIVM CAESAREM praeferunt, laurea corona redimitum: ea vero quae relata eſt numero X. mirifice exprimit eius vultum, Suetonio teſte, (2) pulchrum magis quam venuſtum, & ſatis plenum, cervice obeſa, oculis cavis, & hebetioribus, naſo recto, mento rotundo, collo praepingui, capillis ſubflavis anulatis, & per gradus in ordinem diſpoſitis. Matris Agrippinae, Germanici filiae, artibus ad imperium evectus, anno aetatis ſuae decimo ſeptimo, primum quinquennium ita geſſit, ut omnes Principes liberalitate, clementia, comitate, benevolentia facile vinceret; Senatuſconſulto cooptatus in omnia collegia Sacerdotum ſupra numerum; (3) clarus quatuor conſulatibus, item Iano bis clauſo, pace Populo Romano terra marique parta: (4) verum, paullatim irrepentibus vitiis, in exitium Romanae Reipublicae natus, ſaevitia, immanitate, libidine, TAB. V. n. VIII. IX. X.

(1) Teſte Tacito Annal. Lib. XIV. c. 4. 8. & Xiphilino ex Dione in Nerone, & Suetonio item in Nerone c. 6. & 34. ubi vide quae notat Laevinus Torrentius.
(2) In eius vita c. 51.
(3) Vide Norifium in Cenotaphia Piſana Diſſert. II. Cap. V.
(4) Id teſtantur Neronis nummi, & Suetonius c. 14. aliique.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0175
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

dine, crudelitate longe ſuperavit omnes; (1) conſcientia, & inſomniis identidem vexatus ob immania flagitia, caedes matris, amitae, uxorum, affinium, civium nobiliſſimorum, multorumque virorum illuſtrium ac doctorum, quae notae omnibus ſunt. (2) Muſicorum certaminum, athleticorum, & factionum ſtudio maxime flagravit; incenſaque Roma, ſcenico habitu Troianum incendium decantavit. Patriae uſus ruinis, Domum, auream nominatam, a Palatio ad Eſquilias exſtruxit quam magnificentiſſimam; in qua tamen nec gemmae, nec aurum miraculo eſſent. Obitus eius triceſimo, & ſecundo aetatis anno, imperii decimoquarto, tantum gaudium publice praebuit, ut plebs pileata tota Vrbe decurreret. (3) Huic aetati proxime accedere videntur hae imagines.

OCTAVIA AVGVSTA.

TAB. V. n. XI. SPectanda eſt in hac Gemma abſolutae pulchritudinis, & elegantiae OCTAVIA Claudii Caeſaris, & Valeriae Meſſalinae Auguſtae filia, Britannici ſoror; primum deſponſa L. Silano, iuveni alias claro triumphalibus ornamentis, & gladiatorii muneris magnificentia; (4) deinde Neroni Claudii privigno, quam D. Iunio, Q. Haterio Conſulibus, ſedecim annos natus in matrimonium accepit: (5) a qua poſtea abhorruit, delapſus in amorem Actes Libertae, exturbavitque ſterilem dictitans. (6) E Campania, quo pulſa fuerat, addita militari cuſtodia, quum omnium votis eſſet revocata, Diis actae ſunt gratiae; cunctique laeti, voti compotes, Capitolium ſcandentes, (7) imagines eius humeris geſtarunt, ſparſeruntque floribus, foroque ac templo ſtatuerunt; (8) quod, omnium conſenſu, femina ſpectatae probitatis, & modeſtiae inſigniſque caſtitatis eſſet. (9) Verum paullo poſt falſo adulterii crimine accuſatam, in inſulam Pandatariam relegatam vir ſaeviſſimus iuſſit interfici, viceſimo aetatis eius anno; cuius caput amputatum Romam ad Poppaeam delatum eſt. (10)

SABI-

(1) Ex eodem Suetonio in eius vita c. 16. vide etiam Xiphilinum ex Dione in Nerone.
(2) Confer Iuvenalis Satyr. VIII. v. 211. Tacitum Hiſt. Lib. II. c. 9.
(3) Teſte Suetonio ibidem c. 57.
(4) Ex Tacito Annal. Lib. XII. c. 3.
(5) Ex eodem Annal. Lib. XIII. c. 12. & c. 56.
(6) Conſulendus Suetonius in Nerone c. 35.
(7) Vota, & ſacrificia pro eius ſalute facta III. Nonas Ianuarias, victimis immolatis in Capitolio a Fratribus Arualibus memorantur in Tabula Theſauri Gruteriani pag. CXVIII.
(8) Vide eundem Tacitum Lib. XIV. Annal. c. 60.
(9) Adi Senecam in Octavia v. 285.
(10) Ex eodem Lib. XIII. Annal. c. 12. & Lib. XIV. c. 59. 60. & 63. 64. ex Dione Lib. LVIII. & e Dione Xiphilinus in Nerone, & Suetonius in Nerone c. 35.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0176
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

SABINA POPPAEA AVGVSTA.

SABINAE POPPAEAE T. Ollii viri illuſtris filiae, Sabini Poppaei conſularis nepti, a quo nomen ſumpſit, cuncta alia fuere praeter honeſtum animum. (1) A marito Rufo Criſpino Equite Romano abducta, & demandata Othoni, ab eoque nuptiarum ſpecie recepta, (2) ad nuptias Neronis pervenit, dudum pereximia eius pulchritudine illecti, quam Auguſtam appellavit, itemque filiam Claudiam, quam ex ea ſuſcepit in Colonia Antio, celeri fato mox raptam. (3) VENERIS nomen, & DIVAE appellationem in votivis aris, & in tabulis obtinuiſſe alibi adnotavimus. (4) Fortuita mariti iracundia, ex aurigatione regredientis, (5) cum gravida eſſet, ictu calcis adflicta, mortem obiit; inlata ab eo Iuliorum tumulo, & in publicis exequiis laudata apud roſtra. (6) Pulcherrimae eius formae egregie reſpondet ſcalptoris ſingulare opificium. TAB. V. n. XII.

TABVLA VI.

IMP. SER. SVLPICIVS GALBA.

MIlitum favore, Senatuſque auctoritate, Imperator in Hiſpania conſalutatus eſt SERVIVS SVLPICIVS GALBA, generis ſplendore, ac nobilitate, perfunctiſque honoribus conſpicuus; cuius imago operoſe inſcalpta eſt in hac Gemma laureato capite praecalvo, ſenili aetate, naſo adunco, fronte rugis obducta, vultu robore, ac ſeveritate pleno. Spes omnium fuit, oppreſſa Neronis tyrannide, Romanam Rempublicam in priſtinam liber- TAB. VI. n. I.

(1) Ex Tacito Annal. Lib. XIII. c. 45. De eius luxu vide Plinium Hiſt. Nat. Lib. XI. Cap. XIV. & Lib. XXIII. Cap. XLV. & XLVI. Iuvenalem Sat. VI. v. 462. & 469.

(2) Suetonius in Othone c. 3. *Item Poppaeam, tunc adhuc amicam eius, abductam marito, demandatamque ſibi, nuptiarum ſpecie recepit; nec corrupiſſe contentus, adeo dilexit, ut ne vivaretur quidem Neronem aequo tulerit animo.*

(3) Confer Tacitum Annal. Lib. XV. c. 23. & Lib. XVI. c. 6.

(4) In Parte II. Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium pagg. 46. 47. & 48. Audi Senecam in Octavia v. 190. & 545. *Forma eminens, opibus ſuperba; victa cui cedat VENVS Iovisque coniux, & ferox armis Dea.*

(5) Id narrat Suetonius in eius vita c. 35.

(6) Tacitus Annal. Lib. XVI. c. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0177
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

libertatem ab eo fore reſtituendam ; (1) verum obſcurata compluribus ſordibus nominis ſui claritate , (2) ſeptimo imperii menſe , ac die , conſpiratione facta ad lacum Curtium , in Foro Romano , auctore Othone , trucidatus eſt ; anno aetatis ſuae tertio & ſeptuageſimo , XVIII. Kalendas Februarias : omnium conſenſu capax imperii , niſi imperaſſet . (3)

TAB. VI. *n. II.* In altera Gemma , quae ſequitur , eximiae magnitudinis , egregie ſculptus eſt idem GALBA ; ac forte qualis vigente aetate ornatus eſt triumphalibus ornamentis ob res ſtrenue in Africa , & in Germania geſtas . (4)

IMP. M. OTHO CAESAR.

TAB. VI. *n. III.* EXtincto Galba , Romanum imperium , faventibus Praetorianis , vi occupavit M. SALVIVS OTHO , nulla re clarus praeterquam legatione , qua in Luſitaniam miſſus a Nerone , provinciam decem annis ſumma moderatione , ac ſingulari abſtinentia adminiſtravit ; ceterum omni aetate vitiis perditus , maxime adoleſcentia . Muliebrium munditiarum cupidiſſimus , (5) glabro ſemper fuit vultu , galericulo propter raritatem capillorum capiti tam belle adnexo , ut nemo cognoſceret : (6) quem egregie inſculptum refert haec rariſſima Gemma , vultu nummis eius aureis , vel argenteis , & quidem , ut nemo ignorat , pauciſſimis , omnino conſimili . Adverſo Marte contra Vitellii duces pugnans , victuſque , nonageſimo quinto imperii die , anno aetatis ſuae triceſimo octavo , ſe ipſum confodit ; (7) militibus ſuis adeo carus , ut tum ipſi , tum plerique etiam alii viſo eius corpore ad internecionem inter ſe concurrere non dubitaverint . (8)

IMP.

(1) In eius numiſmatis praeſtantioribus a Vaillantio relatis haec epigraphe legitur; LIBERTAS RESTITVTA . ROMA RENASCENS . ROMA RESTITVTA .
(2) Galbae ſordes accurate deſcribit Plutarchus in eius vita . Vide etiam Tacitum Hiſtor. Lib. I. c. 6.
(3) Ex Suetonio in eius vita c. 21. Vide Scaligerum de Emendat. Tempor. Petavium ad Epiphanium pag. 385. & Ant. Pagium in Prolegom. ad Diſſertat. Hypaticam n. XIX.
(4) Confer Tacitum Hiſtor. Lib. I. c. 49.
(5) Plinius Hiſtor. Natur. Lib. XIII. Cap. III. & Plutarchus in eius vita ; Iuvenalis Sat. II. v. 99. Martialis Lib. VI. Epigr. XXXII. Xiphilinus ex Dione .
(6) Lege Suetonium in eius vita c. 12.
(7) Ex eodem Suetonio ibidem c. 11. Adeundus , ſi otium eſt , Ant. Pagius ad Diſſertat. Hypaticam n. XIX.
(8) Eodem Suetonio auctore in eius vita c. 12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0178
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

IMP. A. VITELLIVS CAESAR.

AVdita Othonis morte, triumphantis more ex ſuperiori Germania, ubi Imperator ab exercitu ſalutatus fuerat IV. Nonas Ianuarias, Romam convolavit A. VITELLIVS GERMANICVS AVGVSTVS, cuius effigies docta caelatoris manu inſcalpta cernitur in his Gemmis. Neroni valde ſimilis fuit; ſaevitiae, libidini, luxuriae, deliciis, ganeiſque maxime deditus: effuſus praeterea in amorem viliſſimorum hiſtrionum, aurigarum, libertorumque, quorum conſiliis, & arbitrio regebatur. (1) Ad Gemonias ſcalas raptus, compluribus minutiſſimis vulneribus interfectus, turpi morte interiit; inde unco tractus in Tiberim proiectus eſt, anno aetatis quinquageſimo ſeptimo, imperii vero anno primo, demptis diebus decem, nempe XI. Kalendas Ianuarias. (2) Enormis in eo fuit proceritas corporis, facies rubida plerumque ex vinolentia, & venter obeſus. TAB. VI. n. IV. V.

IMP. CAES. FL. VESPASIANVS AVGVSTVS.

VIrorum peritiſſimorum iudicio, & conſenſu, en admirandum illud artis portentum, FLAVII nempe VESPASIANI AVGVSTI vultus veluti nitentis, (3) tanto opificio, tantoque ſtudio, & elegantia a praeſtantiſſimo artifice expreſſus, ut in eo declarando nulla umquam commendatio ſufficere poſſe videatur. Obliquo capite haud exſcalptus eſt, ſed adverſo, multumque in conſpectum intuentium ſe totum profert, atque effundit, anaglypho opere praecellentiſſimo. (4) Frons rugoſa eſt, cavi oculi, coniunctum ſupercilium, naſus aduncus, genae quaſi quadratae, mentum praeeminens, collum praepingue, & latum, caput recalvaſtrum; quod ut integrum oculis ſubiiceret ingenioſiſſimus artifex, laurea corona conſulto non revinxit. Vir plane Romano imperio dignus, mitiſſimus Princeps, antiquae libertatis aſſer- TAB. VI. n. VI.

(1) Haec fuſius narrantur a Suetonio in eius vita c. 12.
(2) Id teſtatur Dio Lib. LXIV. ſed vide Philippi a Turre Diſſ. ad Nummum Anniae Fauſtinae pag. 49. Eius mors contigit anno ab V. C. DCCCXXII. a C. N. LXIX.
(3) Id notavit Suetonius in eius vita c. 20.
(4) Laudat & Praecl. Montfauconius in Diar. Ital. pag. 356.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0179
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſertor ; qui reipublicae iam iam labentis decus , & maieſtatem reſtituit ; clementia vero , & liberalitate , ceteriſque animi ſui virtutibus ſtabilivit . (1) Compluribus in proeliis dux ſtrenuus , & ſingularis induſtriae fuit . De Iudaeis magnificum egit triumphum . Vrbem incendiis , & ruinis deformem novis ſplendidiſſimis aedificiis reddidit pulcherrimam : Capitolium reſtituit , Amphitheatrum media Vrbe magnificentiſſimum condidit ; ingenia , & artes maxime ſemper fovit , & impenſe coluit . Mortuus eſt annum agens aetatis ſaxageſimum ſupra nonum , addito menſe uno & diebus ſeptem , imperii anno decimo , ſex diebus exceptis . (2) Videtur Veſpaſiani effigies tum in hac Gemma , tum in marmorea protoma eidem perquam ſimili , quae ſumma cum admiratione ſpectatur in Mediceo Theſauro , utpote incredibilis artificii , & elegantiae , viventis quidpiam ac ſpirantis praeferre .

IVLIA AVGVSTA TITI CAES. F.

TAB. VI. n. VIII.

EGregia ſculptura ſcite expreſſa eſt imago IVLIAE AVGVSTAE Titi Caeſaris , & Marciae filiae , quam patruus Domitianus , pertinaciſſime recuſatis eius nuptiis , non multo poſt Flavio Sabino in matrimonium collocatam ultro corrupit , & quidem adhuc vivo Tito : mox patre , ac viro orbatam ardentiſſime palamque dilexit , coegitque abortum facere , ex quo periit ; (3) relata tamen ab eo in Divarum numerum , decreto in honorem eius carpento . Forma fuit ſatis decenti , & venuſta , cultuſque corporis valde ſtudioſa ; quod ex his aliiſque gemmis , (4) & ex Martiale perſpicue liquet , qui eius ſtatuam eximii ſculptoris opus deſcribit , ac magnopere celebrat . (5) More aetatis ſuae faſtigiatam habet comam ſupra frontem , operoſo orbe diſpoſitam , crebriſque cirris inſtructam ; (6) quo cultu compta viſitur tum in nummis , tum in gemmis , tum etiam in mar-

(1) Ex eodem Suetonio c. 14. 15. 16. 17. 18. uti & reliqua quae ſequuntur ex eo excerpta .
(2) Ab V. C. anno DCCCXXXII. a C. N. LXXIX.
(3) Suetonius in Domitiano c. 22. Philoſtratus de vita Apollonii Lib. VII. Cap. VII. Plinius Lib. IV. Epiſtol. 11. Iuvenalis Sat. II. v. 32. Dio Hiſt. Rom. Lib. LXVII.
(4) Ex his gemmis memoratu dignus eſt Beryllus rarae magnitudinis , eximia arte inſcalptus ab Evhodo praeſtantiſſimo artifice , Iuliae imagine , quae ornata eſt inauribus , & monili ex unionibus ; quem ex Theſauro S. Dionyſii Lutetiae Pariſiorum praeclaro opere nuper edidit Philippus de Stoſch , veterum elegantiarum ſummo ſtudio , & cognitione clariſſimus . Vide etiam Auguſtinii Gemmas antiquas n. CLX. & Maffeium Equitem Par. I. Tab. XXXV. & XXXVI.
(5) Lib. VI. Epigr. XIII. quod lege .
(6) Hanc comam , uti hac aetate apud noſtras feminas in uſu eſt , adſcititiam fuiſſe , & exemptilem , *corymbion* a Petronio dictam , erudite obſervat praelaudatus Philippus de Stoſch , quem vide .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0180
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

marmorea insigni protoma, quae ornat Mediceum Musеum; quare vultus eius lineamenta cum his collata optime respondent. Imaginem eiusdem Iuliae huic longe simillimam inferius exhibemus Tabula XXIII. n. IV. praestanti opere inscalptam topazio, quae serius quam oportebat, incisis his Tabulis, innotuit ex locupletissimo Marchionum Nicoliniorum Museo.

TABVLA VII.

TITVS CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS.

FOrma egregia, cui non minus auctoritatis fuit quam gratiae, conspiciendus est TITVS VESPASIANVS AVGVSTVS, laureato capite, anaglyptico opere, & quidem elegantissimo sculptus in Gemma VII. superioris Tabulae VI. Hoc summo, ac fortissimo Imperatore, qui ob eximias animi dotes, praeclarasque belli, & pacis artes omnium adclamatione *amor & deliciae generis humani* appellatus est, (1) digna plane effigies iterum prodit in hac Tabula peraccurate delineata, servata archetypi magnitudine, quod miro, & praestanti artificio exsciſum est ex Achate Sardonyche. Hierosolymam acri oppugnatione ferro, fame, flammaque delevit, annoque secundo imperii Vespasiani patris, VI. Eidus Septembris, natali filiae suae, cepit: (2) aucta triumphi magnificentia spoliis insignibus Templi Hierosolymitani, quae sculpta spectantur in perennem posterorum memoriam in arcu triumphali, quem Senatus opere magnifico constructum ei dedicavit. Immaturum eius obitum publice omnes questi sunt non secus ac in domestico luctu, qui contigit in eadem villa qua pater excessit, Eidibus Septembris, post biennium, ac menses duos, diesque viginti, quam successerat patri, altero & quadragesimo aetatis anno; (3) qua aetate florentem exprimit haec insignis Protoma. TAB. VI. n. VII. TAB. VII.

(1) Vide Suetonium in eius vita c. 1. Tacitum Histor. Lib. I. c. 1. & Victorem de Caesaribus.

(2) Ex eodem Suetonio ibidem c. 4. 8. & 9.
(3) Anno ab V. C. DCCCXXXIV. a C. N. LXXXI.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0181
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

IMP. DOMITIANVS AVGVSTVS.

TAB. X. n. I. II. SErvato ordine, Titum Caeſarem ſequitur DOMITIANVS IMPERATOR AVGVSTVS, duabus in Gemmis pereleganter inſculptus, quas vide in ſequenti Tabula X. atque in earum Gemmarum prima expreſſus videtur aetate provecta, praegravi, & truculento vultu, capite ornato laurea corona, tenui filo retro revincta, nullis dependentibus lemniſcis, veterum Etruſcorum exemplo, quod obſervatu dignum eſt. (1) In altera vero Gemma, ſatis docta manu opere anaglyphico exſcalpta, minorem ipſe praefert aetatem, taliſque apparet qualis a Suetonio deſcribitur, (2) vultu modeſto, ruboris pleno, grandibus oculis, acie hebetiore; pulcher tamen ac decens maxime in iuventa, & quidem toto corpore, nondum calvitio deformis. Per omnia Veſpaſiano patri, ac Tito Caeſari fratri diſſimilis fuit, Caligulae, & Neroni ſimilior. (3) De Cattis Daciſque poſt varia proelia duplicem egit triumphum; arcumque triumphalem meruit victoriae ſuae monumentum, (4) quadrigis elephantorum inſignem. Sumptuoſiſſima edidit ſpectacula, Seculares ludos fecit. Inſtituit quinquennale certamen Capitolino Iovi, Muſicum, Equeſtre, & Gymnicum. Iovi Cuſtodi ingens templum in Capitolio erexit, ſeque in ſinu Dei conſecravit. Bibliothecas inter alia plurima & ampliſſima opera incendio abſumptas impenſiſſime reparavit, exemplaribus undique petitis. Romana demum Republica uno exhauſta ictu, (5) omnibus exoſus, a Libertis Cubicullariis, conſcia Domitia uxore, decimo quinto imperii anno occiſus eſt, aetatis ſuae anno quinto ſupra quadrageſimum. Exoptatiſſimo eius funere Senatus maxime geſtiens, deiiciendas eius imagines, eradendos inſcriptos titulos, omnemque memoriam penitus abolendam eſſe ex publicis monumentis decrevit. (6)

TA-

(1) Id ut obſervarem ſaepius in familiari colloquio me monuit V. C. Philippus Senator Bonarrotius, indicatis vetuſtiſſimis Etruſcorum monumentis, in quibus vel viri, vel feminae ſculptae ſunt coronato capite; ſed corona retro affuta eſt, ac tenui filo religata, nullis dependentibus lemniſcis; e contra vero frequentius corona lemniſcata apud Romanos Imperatores in uſu fuit, ut ſuperius adnotavimus.

(2) In eius vita c. 18.

(3) Vide Xiphilinum ex Dione in Domitiano, Philoſtratum Lib. II. & Lib. VII. Quintilianum Lib. X. Cap. I. Martialem Lib. IX. Epigr. IV. ad eundem Domitianum; Papinium Silvar. Lib. IV. & Comment. Gaſperii Gevartii.

(4) Ex Suetonio c. 6. Arcum Domitiani quadrigis inſignem deſcribit Martialis Lib. VIII. Epigr. LXV.

Stat facer, & domitis gentibus Arcus ovans.
Hic gemini currus numerant Elephanta frequentem:
Sufficit immenſis aureus ipſe iugis.

(5) Tacitus in Iulii Agricolae vita c. 45.

(6) Ex eodem Suetonio c. 23. Obiit ad XIIII. Kal. Octobr. anno ab V. C. DCCCXLVIIII. a C. N. XCVI.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0182
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

TABVLA VIII.

IMP. NERVA CAESAR AVGVSTVS.

EXtincto Domitiano Imperatore ſenex admodum NERVA COCCEIVS ex ordine Senatorio ad imperii faſtigium, licet invitus, evectus eſt; ſextum ſcilicet & ſexageſimum agens annum; adminiſtrato Romani orbis imperio ſingulari virtute, ac providentia anno uno, menſibus quatuor, diebus novem; (1) qua aetate gravem perinſigni arte eum in hac Protoma effinxit doctus ſcalptor, praelonga facie, adductis ſuperciliis, cavis oculis, naſo aquilino, collo oblongo, quae indicant procera ſtatura praeditum fuiſſe. Querna corona caput ornatum cernitur, quod ſervatis locupletatiſque Romanis civibus pacis fuerit ſtudioſiſſimus, nullo per ſe confecto bello. Princeps vere aequiſſimus, & prudentiſſimus, qui numquam beneficentia, liberalitate, clementia cuiquam bono defuit. Romanos proceres omnibus auxit honoribus; ſibi vero nec aureas ſtatuas argenteaſve erigi paſſus eſt. TAB. VIII.

TABVLA VIIII.

IMP. CAESAR TRAIANVS AVGVSTVS.

OPtimi maximique Imperatoris NERVAE TRAIANI CAESARIS effigies decora, gravis, & amabilis, (2) tam diligenti, & exquiſito opificio expreſſa in hac inſigni Protoma, non ſine voluptate obſervari poteſt, quum ſtatim occurrant animo praeclarae eius laudes, memoranda geſta, & triumphi, quibus devictis barbaris, ac ferociſſimis nationibus, Romani imperii fines, maieſtatem- TAB. VIIII.

(1) Obiit anno ab V. C. DCCCLI. a C. N. XCVIII.

(2) Vide Plinium in Panegyrico ad eundem Traianum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0183
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſtatemque feliciſſime amplificavit, ea de cauſa GERMANICVS. DACICVS. PARTHICVS appellatus, itemque conditor & propugnator orbis terrarum. Hunc Nerva Imperator Hiſpanum, peregrinum, obſcuro genere natum, nulla ſibi iunctum adfinitate, etſi propinquos, & cognatos haberet multos, propter egregias, & ſingulares virtutes, publicae magis quam privatae ſaluti conſulens, in filium adoptavit, moxque in Curia Caeſarem deſignavit. Emenſa victoriis Aſia, Armenia, Aſſyria, Meſopotamia Romani imperii factis provinciis, poſita in Foro ſuo columna geſtis a ſe rebus inſigni, deceſſit Selinunte, hydropiſis morbo correptus, IV. Eidus Auguſtas, Aproniano, & Nigro Conſulibus, aetatis ſuae anno ſexageſimo quarto. Imperavit annis XIX. additis menſibus ſex, diebus quindecim.

TABVLA X.

PLOTINA AVGVSTA.

TAB. X. n. III. IV. NErvam Traianum laureato capite affabre expreſſum in duabus Gemmis in hac Tabula relatis n. III. & IV. ſequitur perrara effigies PLOTINAE AVGVSTAE lectiſſimae feminae, eiuſdem Traiani uxoris. (1) Viri ſui eo auxit gloriam, ut identidem eum admonens quod laudis eſſet incurioſus, reddiderit omni aevo laudatiſſimum.

MARCIANA AVGVSTA.

TAB. X. n. VI. VNionibus ornatum habet collum MARCIANA AVGVSTA Traiani ſoror; quae coniugem amiſit antequam frater imperio potiretur. In viduitate, quam cum Plotina Auguſta in Palatio exegit, ſpectatiſſimae matronae praebuit exemplum;

(1) Plotinae Auguſtae caput pulcherrimum, ornatum diademate, ex anaglypho Achatis bicoloris exhibet praeſtantiſſimus Philippus Bonarrotius Senator ex Muſeo Carpineo in Obſervationibus ad numiſmata maioris moduli pag. 24.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0184
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

plum; quam Senatus Auguſtam appellavit, & in Dearum numerum poſt mortem retulit. (1)

MATIDIA AVGVSTA.

CONſpicua eſt ex hac Gemma MATIDIA AVGVSTA, Marcianae Traiani ſororis filia, Sabinae Hadriani uxoris mater, quae Senatus decreto Auguſta renuntiata eſt, & ab Hadriano poſt mortem conſecrata. (2) TAB. X. n. VII.

MATIDIA MATIDIAE AVGVSTAE F.

RAriſſima haec Gemma pereleganter inſcalptam exhibet MATIDIAM, Matidiae Auguſtae filiam, Marcianae neptem, Traiani Caeſaris abneptem, Sabinae Hadriani coniugis ſororem; quam veteres inſcriptiones Auguſtam appellatam fuiſſe teſtantur. (3) Quum hactenus nulla prodierint in honorem huiuſce feminae Auguſtae cuſa numiſmata, viſum eſt aliquibus doctis viris Matidiae maioris effigiem caelatam eſſe in hac ipſa Gemma, idque arguunt tum ex oris ſimilitudine, tum etiam ex ornatu capitis, qui paene idem eſt. Verum non ſemel conſideranti mihi ſedulo Gemmam ipſam, conferentique cum Matidiae maioris vultu in nummis, & in gemmis exhibito, longe diverſa eſſe eiuſdem lineamenta compertum eſt. Neque vero ex ſolo capitis cultu, ut optime omnes norunt, id ſtatui poteſt, qui in feminis e Caeſarum domo, quemadmodum & in Sabina Auguſta, ut in ſequentibus Tabulis videre cuique licet, paene idem, & communis, ac valde in uſu ea tempeſtate fuit. Sed de his apud aequum lectorem iudicium ſiſto. TAB. X. n. VIII.

Hadriano Caeſari, qui ſequitur, iungimus famoſum eius delicium ANTINOVM HEROEM, Claudiopoli Bithyniae urbe natum; quem nullus aetatis ſuae corporis pulchritudine, & formae praeſtantia vicit. Cenſent viri antiquae ſupellectilis periti perelegan- TAB. X. n. XLXII.

(1) Ex nummis, & arcu Ancon. Vide Grut. CCXLVII. 6.
(2) Ex Spartiano in Hadr. ex nummis, & lapidibus.
(3) Confer Gruterum p. CCLII. Reineſium Claſſ. III. n. XVIII. XIX. & XX. M. Velſerum in Notis ad Monum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0185
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ganter cum ſcalptum eſſe in Gemma XI. verum ipſiſſima effigies eius magis elucet in Gemma XII. quae eum optime refert. Has vero, & complures alias excellentis operis artificio, & elegantia ſuperat procul dubio Gemma ornata eiuſdem Antinoi effigie, quae inferius accedit Tabula XXII. n. 1. quae olim in deliciis fuit ſingularis fidei, magnaeque probitatis viro Petro Andreae Andreinio. Certarunt profecto in hoc formoſiſſimo adoleſcente exprimendo non ſolum ſummi artifices, verum etiam celebriores paene omnes Graeciae, Aſiae, & Aegypti urbes, quae, ut Imperatori Hadriano capto eius amore adularentur, praeclaris monumentis eum poſteris commendarunt, diviniſque omnibus honoribus tamquam patrium Deum coluerunt. (1) Obiit, ut ferunt, imperii Hadriani Caeſaris anno circiter ſexto, merſus Nili aquis, in quem ſe deiecit, ut eidem Hadriano, cum quo navigabat, fatum produceret, tamquam hoſtia pro eius ſalute devota; quem poſtea, idem Imperator muliebriter defleta eius morte, in Deorum numerum retulit, conſecravitque, inſtitutis ubique ſacrificiis, ſacerdotibus, oraculis, ludis, feſtis, inſtructiſque aris, ac templis magnificentia, & ſplendore clariſſimis. (2)

TABVLA XI.

IMP. CAES. HADRIANVS AVGVSTVS.

TAB. X. *n.* IX. TAB. XI. PErinſignem magnitudine, & eximia ſculptura pulcherrimam exhibeo HADRIANI CAESARIS effigiem, Chalcedonio exſciſam, integro opere anaglypho; quae quum optime reſpondeat editis nummis, & gemmis, & praeſertim illi, quae alla-

(1) Conſecratus Antinous habitu, & cultu Mercurii, Bacchi, Apollinis, Solis, Lunae, Harpocratis, itemque patriorum Deorum AEgypti, quorum *σύνθρονος* appellatur in hoc antiquo lapide apud Gruterum pag. LXXXVI. 7.

ΑΝΤΙΝΟΩ
ΣΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ
ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ
Μ. ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΣ
ΠΡΟΦΗΤΗΣ

De Prophetis in eius honorem inſtitutis meminit D. Hieronymus de Scriptoribus in Hegeſippum: *Tumulos mortuis, templaque fecerunt, ſicut uſque hodie videmus, e quibus eſt & Antinous ſervus Hadriani Caeſaris; cui & gymnicus agon exercetur Antinoius; civitatemque ex eius nomine condidit, & ſtatuit Prophetas in templo.* De Graecis aperte teſtatur Spartianus his verbis. *Graeci quidem volente Hadriano eum conſecraverunt, oracula per eum dari aſſerentes, quae Hadrianus ipſe compoſuiſſe iactatur.* Vberiores obſervationes cupientibus indico Cl. Senatorem Bonarrotium in Numiſm. max. mod. Tab. II. pag. 25. & ſequentibus; item Claudium Nicaſium Divionenſem in Diſſertatione de Nummo Pantheo Hadriani Imperatoris Cap. V. pag. 40.

(2) Ex Dione apud Xiphilinum; ex Victore de Caeſaribus, ex Chronico Alexandrino, & paſſim ex nummis in honorem Antinoi percuſſis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0186
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

allata eſt in ſuperiori Tabula n. x. quae merito cenſetur ſummae ſimilitudinis, & abſolutae elegantiae, profecto nihil eſt quod ab ſtudioſis veterum elegantiarum deſiderari poſſit. Vultus eius comis, & gravis cernitur, elucetque coniuncta cum ſeveritate clementia: forma comtus, capillo, ut ei in more fuit, ad pectinem flexo, & cincinnis eleganter in orbem diſpoſitis, caput eius ambientibus, diſtincto; barba aliquantulum denſa, & criſpa, qua naturalia faciei vulnera tegere ſtuduit; cuius exemplo poſtea Caeſares barbam alere ſtuduerunt. Optimarum artium, & Graecae linguae ſtudio fuit excultiſſimus, reique militaris peritiſſimus. Romano imperio ſubditas provincias labore, & periculo invictus impigre peragravit perluſtravitque omnes; ſplendidiſſimis quoque aedificiis ornavit, ditavitque liberalitate, & magnificentia. (1) Favente Plotina Auguſta, quae eius amore mirifice flagrabat, Traiano Imperatori admodum carus, & familiaris fuit, eximiiſque ab eo ornatus muneribus; quem biduo antequam vita decederet, eiuſdem Plotinae ſubdolis artibus, adoptione ſibi ſucceſſorem deſtinavit. (2) Divinos honores mortuo Traiano a Senatu impetravit, atque eius imaginem curru triumphali vexit. Immenſam propemodum atque infinitam pecuniam debitam ſibi, Romanis civibus remiſit, ſyngraphis in foro Romano combuſtis: (3) tandem hydrope laborans, anno imperii viceſimo primo, aetatis ſuae quadrageſimo ſecundo, Baiis deceſſit. (4)

TABVLA XII. ET XIII.

SABINA AVGVSTA.

SABINAE AVGVSTAE Traiani neptis, Matidiae filiae, iunioris Matidiae ſororis, Hadriani Imperatoris coniugis, e qua nullos ſuſcepit liberos, duas imagines ad archetyporum exemplar accurate delineatas depromimus ex ditiſſimo Muſeo TAB. XII. & XIII.

(1) Qua de cauſa a Senatu in percuſſis nummis appellatus eſt LOCVPLETATOR & RESTITVTOR ORBIS TERRARVM.
(2) Ex Dione apud Xiphilinum; ex Eutropio Lib. VIII. Cap. III. ex Spartiano in eius vita, ex Victore de Caeſaribus.
(3) Hoc eſt XXII. miliones auri cum dimidio. Vide Occonis Num. in Hadr. pag. mihi 155. & Panvinium in Faſtis.
(4) Obitus eius contigit anno ab V. C. DCCCXCI. a. C. N. CXXXVIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0187
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Mediceo, elegantia operis, artificumque perpulchro opificio magnopere insignes. Altera diademate ornatum habet caput, altera vero & didemate, & velo, quod quum sit divinitatis insigne, eam consecratam, & in Dearum concilium relatam manifeste designat. (1) De consecratione eius nullum apud veteres scriptores exstat monumentum; verum a Senatu Deam declaratam fuisse docent praeter hanc Protomam edita complura numismata.

Inter ceteros divinos honores aram eidem dicatam coniicit Iohannes Vaillantius, eximium Galliae, & eruditae antiquitatis decus, ex eius nummo, (2) ob institutas per Italiam Puellas, ac Pueros Alimentarios; quod opus Antoninus Pius Caesar faciundum curavit. Hanc Hadrianus Imperator licet morosam, & asperam, ac vitae liberioris licentiae deditam, numquam dimisit (quod tamen privatus feciſſet) veritus Plotinam Augustam, cuius opera Romano imperio suffectus fuerat; verum paullo ante quam decederet, servilibus affectam iniuriis, ad voluntariam mortem compulit. (3)

TABVLA XIIII.

L. AELIVS VERVS CAESAR.

TAB. XIIII. *n. I.*

REgia oris dignitate, & pulchritudine conspicuus, comtus, decorus, nudo capite, culta barba, spectandus est L. AELIVS VERVS CAESAR, egregio opere insculptus in hac Gemma rarissima, qui maiorum suorum gloriam optimarum artium studio, & eloquentiae praestantia maxime auxit. Hunc antea L. Ceionium Commodum appellatum, peragrato terrarum orbe, Hadrianus Imperator parum vigens aetate, in Aeliam familiam adscitum, adoptavit, sibique successorem delegit, editis in publicam laetitiam Circensibus, distributis congiariis, infinitaque pecunia tum populo, tum militibus data. Post adoptionem statim

(1) Vide quae adnotavimus ad Monumentum, sive Columbarium Liviae Augustae, & Caesarum in Praefatione pag. XXI.
(2) Nempe argenteo, Tom. II. pag. 161. in quo in postica est ara, cum epigraphe PIETATI AVG.
(3) Ex Spartiano in vita Hadriani Caesaris, & ex Victore de Caesaribus in Hadriano.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0188
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tim Praetura ornavit, Pannoniae praefidem, & rectorem impofuit; quo quidem tempore, dum eo munere praeclariffimo ftrenue fungeretur in hac Gemma fortaffe fculptum cenfeo, eaque de caufa infignitum imperatorio paludamento. Mox etiam ab eo creatus eft Conful, & quia fummae rei deftinatus imperio, iterum Conful defignatus. Verum nondum anno adoptionis expleto, epoto pharmaco valetudinis caufa, qua mifere laborabat, celeri fato interiit; elatus imperatorio funere, fepultufque in magnificentiffima mole eiufdem Hadriani Caefaris. (1)

ANTONINVS PIVS AVGVSTVS.

PRincipis iuftiffimi, & religiofiffimi ANTONINI PII CAESARIS effigies affabre fculpta eft in his perelegantibus Gemmis, quibus non parum lucis affert Capitolini elogium, quo vultus eius morumque lineamenta perfpicue declarantur; *Fuit*, inquit, *vir forma conſpicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis vultu, & placidus ingenio; ſingularis eloquentiae, nitidae literaturae; praecipue ſobrius, diligens agri cultor, mitis, largus, alieni abſtinens, & omnia haec cum menſura, & ſine iactantia: in cunctis poſtremo laudabilis, & qui merito Numae Pompilio ex bonorum ſententia comparatur*. Romani imperii regimini ſuffectus eft ab Hadriano Caefare, mortuo Aelio Vero, ea conditione ut fibi Marcum, & Verum adoptaret. Patris Patriae nomen delatum fibi a Senatu, quod propter modeftiam accipere diftulerat, cum ingenti gratiarum actione tandem fufcepit. Per Legatos, & Praefides plurima bella geffit; Britannos devicit, Germanos & Dacos, & Iudaeos rebellantes contudit. Exteros Reges fummis officiis, fubiectos populos moribus, & ftudiis diſcordes omni humanitate gubernavit. (2) Deceffit anno aetatis fuae feptuageſimo quarto paene fupra dimidium; (3) imperavit annis viginti duobus, menſibus feptem, diebus viginti ſex; relatus in Deorum numerum Senatus auctoritate, decretis Flaminibus, Circenſibus, Templo, Sodalibus Antonianis, & inſigni marmorea columna. (4)

TAB. XIIII. n. II. I.

(1) Omnia excerpta ex eius vita apud Spartianum.
(2) Conſule Capitolinum in eius vita, & Victorem de Caeſaribus & Pauſaniam Lib. VIII. c. XLIII.
(3) Anno ab V. C. DCCCCXIV. C. N. CLXI.
(4) De his honoribus S. C. ei decretis erudite agit V. C. Io. Vignolius, qui columnam ei dicatam edidit, & illuſtravit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0189
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

FAVSTINA AVGVSTA.

TAB. XIIII. *n. IV. V.*

VArio capitis ornatu probe ſculpta eſt in his Gemmis perelegans effigies ANNIAE FAVSTINAE, Annii Veri filiae, Aelii Caeſaris ſororis, Imperatoris Antonini Pii uxoris; quam AVGVSTAM appellari a Senatu, tertioque imperii ſui anno defunctam conſecrari permiſit, aetatis anno viceſimo ſeptimo nondum exacto; delatis ei omnibus honoribus, decretiſque Circenſibus, Flaminicis, Templo, & ſtatuis aureis atque argenteis; atque hoc amplius ut imago eius in cunctis Circenſibus poneretur. (1)

IMP. M. AVRELIVS ANTONINVS.

TAB. XIIII. *n. VI. VII.*

PEreximia, & rara haec Gemma VI. peraccurato opere inſcalpta ex eo commendabilis mihi videtur, quod M. AVRELIVM ANTONINVM Caeſarem, cognomento Philoſophum, mirifice exprimit iuvenili ea aetate, nempe decimo octavo aetatis anno, quo ab Antonino Pio, Hadriani iuſſu adoptatus, (2) praeclaris animi dotibus, magnoque ſtudio Philoſophiae Stoicorum excultus, ad ampliſſimam Romani imperii maieſtatem pervenit.

Altera quoque Gemma VII. haud inelegans eſt, exhibetque eum provecta aetate, grandibus oculis, & promiſſa barba conſpicuum, vultu ſerio, & gravi, non tamen ſine comitate, quem numquam vel gaudio, vel maerore mutavit. Poſteris dato magnarum virtutum exemplo deceſſit imperii ſui anno decimo nono, undecim diebus adiunctis, vitae vero quinquageſimo octavo, additis menſibus decem, diebuſque duobus ſupra viginti. (3) Inter Deos relatus eſt, decretis ei a Senatu templis, columnis, & ſacerdotibus.

FAV-

(1) Ex Capitolino in vita Antonini Pii Caeſaris.
(2) Id diſerte affirmat Capitolinus in eius vita. Caeſarem cum pronuntiavit Antoninus in ſecundo ſuo conſulatu cum Brutio Praeſente collega, anno V. C. DCCCXCII.
(3) Obitus eiuſdem contigit anno ab V. C. DCCCCXXXIII. a C. N. CLXXX. Vide Pagium in Critica ad Baronium.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0190
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

FAVSTINA AVGVSTA PII F.

CONſpicua eſt perpulchro, ac multiplici capitis cultu, formaeque excellentis elegantia imago FAVSTINAE Antonini Pii Caeſaris filiae, Marci uxoris, cui pro dote imperium dedit. MATER CASTRORVM a Senatu appellata eſt, quod cum viro ſuo in aeſtivis caſtris fuiſſet. Obiit ſubito morbo in vico Halale ad radices montis Tauri. Poſt mortem, ut mos erat, ſideribus recepta, conſecrata eſt, inſtitutis in honorem eius Fauſtinianis Puellis alimentariis. (1) TAB. XIIII. n. VIII. IX. X.

In Gemma X. eximiae raritatis ſculpta ſunt capita adverſa eiuſdem FAVSTINAE AVGVSTAE, & Imperatoris M. AVRELII ANTONINI; ut arbitror, concordiae eorum coniugalis declarandae cauſa; quam etiam deſignat eiuſdem Fauſtinae numiſma, in quo legitur epigraphe VENERI FELICI in anteriori parte, in poſteriori vero CONCORDIA, ſculptaque eſt columba Veneri ſacra; quam Deam memorant impenſius ab ea cultam fuiſſe. (2)

TABVLA XV.

L. VERVS CAESAR AVGVSTVS.

PAri maieſtatis imperio cum M. Antonino Caeſare Romanae Reipublicae praefuit L. AVRELIVS VERVS AVGVSTVS, Aelii Caeſaris filius, ab eodem Marco fratre, Hadriani iuſſu, adoptatus. Confecto Parthico bello, non ſua, ſed Legatorum virtute, ARMENIACVS. PARTHICVS. MAXIMVS. MEDICVS appellatus eſt; quae cognomina cum Marco fratre, die triumphi, quem ſimul egerunt, communicavit. (3) Cum eodem profectus ad Germanicum bellum, ſubito morbo correptus, apud Altinum periit, impe- TAB. XV. n. I.

(1) Vide Iul. Capitolinum in Antonino Pio, & Philippum Rubenium Electorum Lib. II. Cap. XXXVI.

(2) Vide Ioh. Vaillantii numiſmata praeſtantiora pag. 182.
(3) Ex Capitolino in Vero c. 8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0191
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

imperii anno nono. (1) Imago eius pereleganter inſcalpta huic Gemmae optime convenit cum hac Capitolini delineatione. *Fuit decorus corpore, vultu gemmatus, barba prope barbarice demiſſa procerus, & fronte in ſupercilia adductiore venerabilis. Dicitur ſane tantam habuiſſe curam flaventium capillorum, ut capiti auri ramenta reſpergeret, quo magis coma illuminata flaveſceret.* Relato Romam eius corpore, apotheoſi donatus eſt a M. Aurelio.

LVCILLA AVGVSTA.

TAB. XV. *n. II.*

SCite admodum ſculpta eſt imago LVCILLAE AVGVSTAE, M. Aurelii, & Fauſtinae iunioris filiae, uxoris L. Veri Caeſaris; quo mortuo nondum tempore luctus expleto, pater eam deſpondit Claudio Pompeiano, quem bis conſulem fecit. Odio in Criſpinam Commodi uxorem, ne ei principem locum cederet, coegit Quadratianum nobiliſſimum, & locupletiſſimum adoleſcentem ut Commodum fratrem ſuum aggrederetur: ſed aperto magis quam impleto conſilio in exſilium cum coniuratis pulſa eſt, ac tandem ſupplicio affecta.

M. AVRELIVS COMMODVS CAES. AVG.

TAB. XV. *n. III. IV.*

COMMODVS CAESAR cernitur elegantiſſima manu ſculptus in hac Gemma inſignis magnitudinis, pulchra, & virili facie, flavo, & criſpo capillo, quem ſemper fucavit, & auri ramentis ſplendentem fecit, aduſta ſibi coma, & barba, timore tonſoris. (2) Atroci caede Senatores omnes, Romam incendio delere atque evertere tentavit, perfeciſſetque ni coorta conſpiratione, auctore Q. Aelio Laeto Praetorianorum Praefecto, & Marcia concubina, quam ſupra ceteras diligebat, per athletam, a quo exercebatur, ſtrangulatus fuiſſet, anno vitae ſuae triceſimo primo ſupra menſes quatuor, imperii decimo ſecundo, additis menſibus IX. diebus XIV.

In

(1) Ex auctore Chronici Alexandrini probat Pagius in Critica ad Annales Baronii T. I. mihi pag. 165. Obiit exeunte Decembri anno ab. V. C. DCCCCXXII. a C. N. CLXIX.

(2) Ex Lampridio in eius vita, & ex Herodiano.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0192
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

In altera eleganti Gemma, depoſito imperatorio cultu ſcalptus eſt idem COMMODVS, velut alter Hercules, amictus leonis exuviis. Eo enim dementiae, & petulantiae proceſſit ut Hercules Iovis filius credi, & appellari ab omnibus voluerit, acceperitque ſtatuas Herculis habitu, & effigie ſua ſculptas, ſibique tamquam Deo immolari iuſſerit. (1)

CRISPINA AVGVSTA.

COmmodum excipit CRISPINA AVGVSTA uxor eius, filia Bruttii Praeſentis viri Conſularis, (2) ſolerti artificis manu inſcalpta in hac Sarda; quam celeriter duxit propter Scythicum bellum, quatuor circiter annis ante patris obitum, ſimulac Caeſar ab eo renuntiatus eſt; mox vero Capreas relegatam ob adulterium iuſſit occidi. (3) TAB. XV. n. V.

IMP. CAES. M. DIDIVS SEVERVS IVLIANVS.

PRaefert haec Gemma raritate ſua valde inſignis inſcalptum DIDIVM IVLIANVM Imperatorem, praenobilem virum, egregiis functum muneribus, (4) nudo capite, militari amictum chlamyde, aetate iam provecta. (5) Mercato a Praetorianis militibus Romano imperio, abiecta paullo poſt reipublicae cura, ab omnibus deſtitutus, & contemptui habitus ob immania flagitia, abrogato ei imperio Senatus auctoritate, a gregario milite latitans in palatio trucidatus eſt Kalendis Iunii, (6) quum iam regnum infeſto agmine occupaſſent Peſcennius Niger ex Syria, & Septimius Severus ex Illyrico, a militibus conſalutati Imperatores. Imperavit dies ſexaginta ſex, ut narrant Dio, TAB. XV. n. VI.

(1) In nummis, quos vide apud celebres antiquarios, & praeſertim in praeſtantioribus apud Vaillantium, Commodus appellatur HERCVLES ROMANVS. HERCVLES COMMODIANVS; quam appellationem ea de cauſa ſuſcepit, teſte Capitolino, quod Lanuvii in Amphitheatro immaniſſimas feras occidiſſet. Ea quoque fuit dementia ut IVPITER EXSVPERANTISSIMVS dici voluerit, quod rebus omnibus homines longe ſuperaret. Iuſſit etiam Romam Coloniam ſibi adſcribi, & vocari COMMODIANAM. Occiſus eſt anno V. C. DCCCCXLV. C. N. CXCII.

(2) L. Fulvius Eruttius Praefectus appellatur in antiquo lapide apud Gruterum MXCVI. Vide Reineſii Epiſt. 35.

(3) Auctore Capitolino in Marco c. 27. Statuae ei dedicatae numerantur in antiquo lapide Gruteriano pag. LXX. 9.

(4) Haec declarantur in antiquo lapide, quem egregie ſupplet, & illuſtrat Reineſius Claſſe VI. n. XLII.

(5) Eiuſdem Didii Imperatoris imago, huic longe ſimillima, exſcalpta eſt in iaſpide rubro, quam protulere primum Auguſtinus, & poſtea Alexander Maffeius Eques Tab. LXVII. Par. I. (& quod ridiculum eſt) Homerum praeferre uterque affirmavit; conferentibus error liquido patebit.

(6) Occiſus eſt anno ab V. C. DCCCCXLVI. a C. N. CXCIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0193
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Dio, & Spartianus in eius vita. (1) Longe ſimillima eſt haec effigies marmoreae protomae eiuſdem, quae exſtat in Muſeo Mediceo.

MANLIA SCANTILLA AVGVSTA.

TAB. XV. n. VII.

SIngularis haec Gemma inſcalptam exhibet MANLIAM SCANTILLAM, nulla, ut memorant, oris pulchritudine praeditam; quae Didio Iuliano viro ſuo perſuaſiſſe dicitur, ut imperium occuparet; quaeque eodem die quo potitus eo eſt, una cum filia Didia Clara Senatus conſulto Auguſta renuntiata eſt. (2)

PESCENNIVS NIGER IMPERATOR.

TAB. XV. n. VIII.

AEtate iam ſeneſcente, criſpo capillo, in vertice ad gratiam reflexo, ore verecundo, decoro vultu, (3) prolixa barba atque impexa, capite redimito laurea corona egregie expreſſus eſt in hac rariſſima Gemma PESCENNIVS NIGER magnarum rerum uſu, famaque ſingularis probitatis inclytus. Fuit enim, ut Spartiani utar elogio, *miles optimus*, *Tribunus ſingularis*, *Dux praecipuus*, *Legatus ſeveriſſimus*, *Conſul inſignis*, *vir domi foriſque conſpicuus*, *ſed Imperator infelix*. Summo militum favore, ac benevolentia conſalutatus Imperator in Syria, cui praeerat, Romam cum exercitu ſe conferre diſtulit; quare ludis deliciiſque impenſius vacans, cunctando imperium amiſit; (4) interfectus una cum filiis a Septimio Severo, fuſo fugatoque ad Cyzicum eius exercitu. (5)

L. SEPTI-

(1) Adeundus Spartianus in eius vita, & Herodianus Lib. II. Cap. VI. & Victor de Caeſaribus.
(2) Ex Spartiano in Didii Iuliani vita c. 3. & 8. ex Herodiano Lib. II. Cap. VI. ex Zoſimo, & Victore de Caeſaribus.
(3) Ex eodem Spartiano in vita eiuſdem.
(4) Rem fuſius narrat Herodianus Lib. II. Cap. VI. & Spartianus in eius vita. Vide etiam e Dione Xiphilinum, & Victorem de Caeſaribus, Pagium in Diſſertatione Hypatica Part. II. Cap. XII. n. V. pag. 210.
(5) Occiſum putat Pagius V. C. DCCCCXLVII. C. N. CXCIV.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0194
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

L. SEPTIMIVS SEVERVS IMP. AVG.

INterfectis tribus Imperatoribus Didio Iuliano Romae, Pescennio Nigro in Oriente, Albino in Gallia, victor ecce L. SEPTIMIVS SEVERVS Imperator Auguſtus, bellica virtute, ingenio, & eloquentia clarus, (1) laureato capite pereleganter ſculptus in hac ſapphiro. Exſtat adhuc Romae in eius honorem poſitus arcus triumphalis perenne rerum ab eo geſtarum monumentum. (2) Obiit Eboraci in Britannia annum agens ſexageſimum quintum, additis menſibus novem, & diebus viginti quinque, imperii vero anno decimo ſeptimo ſupra menſes octo, ac dies tres, maerore magis quam morbo extinctus. (3) Fuit vir decorus, promiſſa barba, cano capite, & criſpo capillo, vultuſque dignitate valde conſpicuus, (4) qualis in hac Gemma optime exprimitur. TAB. XV. n. IX.

IVLIA SEVERI AVGVSTA.

GEneris nobilitate, formae praeſtantia, ſtudio philoſophiae, & in viros doctos favore conſpicua fuit IVLIA AVGVSTA, (5) natione Syra, Septimii Severi, defuncta Marcia, uxor; quam ipſe imperio potitus, licet impudicam, coniurationiſque adverſum ſe conſciam adeo dilexit ut numquam dimiſerit. (6) Scalpta eſt in perraro beryllo, eleganti admodum opere, effigie protomis, & numiſmatis, quae viſuntur in Mediceo Theſauro longe ſimillima. Magnificis adhuc vivens titulis ornata eſt, atque appellata IVLIA PIA AVGVSTA, Mater Senatus, & Patriae, Mater magna Auguſtorum; quod ſcilicet procreatis duobus liberis Baſſiano cognomento Caracalla, & Septimio Geta, Romani imperii ſaluti, & diuturnitati proſpexiſſet. Dicta quoque Mater Caſtrorum, quod virum ſuum cum filiis ſecuta fuiſſet in expeditio- TAB. XV. n. X.

(1) Vide Aelium Spartianum in eius vita.
(2) Hunc Arcum edidit, & illuſtravit erudita Diſſertatione Ioſeph Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis.
(3) Ex Dione Lib. LXXVI. Vide Pagium in Critica ad Annales Baronii.
(4) Ex eius vita apud eumdem Spartianum. Obiit anno ab V. C. DCCCCLXIV. a C. N. CCXI.
(5) Ex Philoſtrato in vita Apollonii Lib. I. Cap. III.
(6) Vide Spartianum in Severo; Victorem de Caeſaribus; & Xiphilinum ex Dione in Severo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0195
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ditione Britannica . Dearum cultu , & habitu pariter exhibita in nummis in honorem eius percuſſis , Magnae videlicet Matris Deum Cybeles , Veſtae , Lunae Luciferae , Cereris Novae , ac Reducis, & Veneris Genetricis . (1) Defuncto Severo Imperatore , filiis mutuo odio inter ſe diſſidentibus de imperii principatu , numquam in concordiam revocatis , quamvis in hoc uno maxime laboraſſet , amiſſo Geta , demum etiam Caracalla interfecto , mortem ſibi conſcivit Antiochiae ; (2) poſtmodum a Senatu , ut memorant , ſub Elagabalo in Dearum numerum conſecrata. (3)

IMP. CAES. M. AVR. BASSIANVS ANTONINVS.

TAB. XV. *n. XI.*

REſtrictiori quo fuit vultu , ſaevo , gravi , & truculento , (4) multa arte ſculptus eſt in hac Gemma Imperator M. AVRELIVS ANTONINVS , cognomento Caracalla , laureato capite , omnium Imperatorum crudeliſſimus . Supra pectus Iuliae matris obtruncato Geta fratre , qui viceſimum tertium aetatis annum nondum exegerat , ut ſolus imperio potiretur , poſtridie apud Senatum verba faciens , ſimulato facinore , bene ultum ab aliis hoſtem ſuum praedicavit ; ac ſine mora evertendas ſtatuas eius , nomenque inſcriptum in publicis monumentis delendum eſſe imperavit . (5) Poſtmodum relicta Roma , flagitiorum ſuorum conſcientia identidem vexatus , Galliam , Daciam , Raetiam , Thraciam , Aegyptum , Meſopotamiam , ceteraſque Orientis provincias peragravit ; tandem apud Edeſſam VI. Eidus Apriles , (6) nil tale cogitans , a Martiale Centurione interfectus eſt , paratis ad id inſidiis a Macrino . Imperavit annis ſex , additis menſibus duobus , & die uno , vixit annis triginta novem . (7)

P. SE-

(1) Haec ex numiſmatis in honorem eius percuſſis colliguntur apud Vaillantium , alioſque praeclaros viros . Adeundus Oppianus Lib. I. Cyneget. in princ. Gruterus in Theſauro Inſcriptionum CIX. 8. CCLXV. 2. CCLXVI. 5. 7. MLXXXV. 9. item Reineſius in Syntagmate Cl. I. n. CXIX. Fabrettus Inſcriptionum Cap. X. pag. 680. Senator Ph. Bonarrotius in Obſervat. in numiſmata max. mod. pag. 422. Vide etiam , ſi otium eſt , & ſi alia cupis , Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium Partem I. pag. 123. n. 8.

(2) Ex Zonara Annal. Lib. XII. Cap. XIII.

(3) Vide Vaillantii numiſmata praeſtantiora pag. 245.

(4) Ex Aelio Spartiano in eius vita.

(5) Confer Herodianum Lib. IV. Cap. IV. & Dionem Lib. LXXVII. & Spartianum in eius vita , e quibus & quae ſequuntur excerpta .

(6) Dionis teſtimonio Lib. LXXVII. nititur doctiſſimus Pagius in Critica Hiſtorica Chronologica in Annales Baronii , quem ſequor , pag. mihi 201. ubi erroris arguit Spartianum , qui die ſuo natali occiſum affirmat.

(7) Obitus eius contigit anno V. C. DCCCCLXX. C. N. CCXVII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0196
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

P. SEPTIMIVS GETA CAESAR.

FRatrem percuſſorem ſequitur ANTONINVS GETA CAESAR per- TAB. XV. n. XII.
egregio, & abſoluto opere anaglypho ſculptus in hac rariſſima, & nobiliſſima Gemma, quem mirifice exprimit adhuc impuberem, ſuperſtite patre, a quo poſt Parthicum bellium, quum ingenti gloria floreret, Caeſaris appellationem, & Antonini nomen accepit. (1) Adoleſcens praeditus fuit moribus aſperis, ſed non impiis; natura decorus, comis, placidus, in omnes humanus; quem tamen Baſſianus frater, ut facinus ſuum mitigaret, inter Deos retulit; feruntque eius mortem toties defleviſſe, quoties eius nominis fieret mentio, vel imaginem, vel ſtatuam eius conſpiceret. (2)

TABVLA XVI.

IMP. CAES. M. OPELIVS MACRINVS.

LAureato capite, blando vultu, barba promiſſa, aetate in TAB. XVI. n. I. II.
ſenium iam prolabente, pereleganti artificio ſcalptus eſt OPELIVS MACRINVS CAESAR; cui in altera eximia Gemma ex adverſo iunctum eſt caput DIADVMENIANI eius filii, pervenuſta forma praediti; (3) quem ſuſcepto Romani orbis imperio, quarto die poſt caedem Caracallae, cuius conſcius fuit, ut gratum redderet militibus, quos largitionibus ſibi devinxerat, Antoninum, ſeque nunc Severum, nunc Antoninum nominavit; ſtatim quoque eum Caeſarem, ac poſtea Auguſtum, & Conſulem ſuffectum creavit. (4) Suſcepto bello contra Parthos, Armenios, & Arabas, non minus fortiter quam feliciter pugnavit. Verum paullo poſt exoſus ſuis militibus, deficientibus legionibus ad Va-

 rium

(1) Vide Spartianum in Caracalla, & Dionem Lib. LXXVIII.
(2) Ex eodem Spartiano, & Herodiano Lib. IV. Cap. X. Quando Geta a fratre peremptus *natus erat duos & viginti annos, menſeſque novem*, ut ait Dio Lib. LXXVII. anno ab V. C. DCCCCLXV. a C. N. CCXII. Vide Pagium in Annales Baronii pag. mihi 199.
(3) Vt memorat Capitolinus in Macrini vita.
(4) Ex eodem Capitolino, & Herodiano Lib. IV. Cap. XII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0197
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

rium Elagabalum, proelio tandem ab eo victus, in fuga interemptus est cum Diadumeniano in quodam vico Bithyniae, decimo quarto imperii mense, demptis tribus diebus, aetate senectuti admodum proxima. (1)

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS ELAGABALVS.

TAB. XVI. n. III. IV.

PRincipum Romanorum, qui ANTONINI dicti sunt, ultimus fuit ELAGABALVS, cuius caput ornatum laurea cernitur in his Gemmis, sculptum manu satis perita, risum, & severitatem quamdam vultu praeferens. Elagabalo Deo, cuius fuit Sacerdos, advecto Romam e Syria eius simulacro, templum in Vrbe constituit, studuitque ut ubique gentium unice coleretur. (2) Sacra Matris Magnae Deum suscepit, seque in honorem eius eviravit. (3) Excitato militum odio ob nefanda eius scelera, una cum matre Soaemiade interfectus est, anno aetatis suae, ut ferunt, decimo octavo; quam aetatem, ut mihi videtur, probe exprimunt hae imagines. Imperavit annos tres, menses novem, & dies quatuor. (4) Eius cadaver tractum per sordidissimas Vrbis cloacas, in Tiberim proiectum est.

IVLIA AQVILIA SEVERA AVGVSTA.

TAB. XVI. n. V.

FOrmae pulchritudine valde conspicua fuit AQVILIA SEVERA Elagabali post Corneliam Paulam, quam repudiavit, secunda uxor; (5) quae in hac perrara, & eximia Gemma multo artificio insculpta est bene comta, & ut ea aetas ferebat, pereleganti capillorum cultu ornata, maxima vultus eius cum nummis, & protomis, quae in hisce nostris Museis spectantur consensione. Hanc quoque postea dimisit Elagabalus, ter-

(1) Ex Dione Lib. LXXVIII. quem sequitur Pagius ad Annales Baronii pag. 202. Obiit anno ab V. C. DCCCCLXXI. a C. N. CCXVIII.

(2) In nummis praestantioribus, quos vide apud Vaillantium pag. 288. dicitur, *Sancti Dei Solis Invicti Elagabali summus Sacerdos Augusti. Invictus Sacerdos Augustus.*

(3) Omnia excerpta ex Herodiano Lib. VI. Cap. I. & ex Aelio Lampridio in Elagabalo.

(4) Ex Dione Lib. LXXVIII. qui imperii tempus peraccurato notavit calculo, ut observat Pagius. De eius imperii annis erudite certarunt Vignolius, Phil. a Turre, & Valsechius clarissimi viri, quos vide. Obiit anno ab V. C. DCCCCLXXIV. a C. N. CCXXII.

(5) Ex Lampridio in Elagabali vita.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0198
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

tertia uxore ducta, ut creditur, Annia Fauſtina, Pomponii Baſſi clariſſimi viri filia, quae ad Commodum Imperatorem referebat genus ſuum; poſt quam aliam etiam, atque aliam duxit, ac deinde ad eandem Severam rediit. (1)

IMP. CAESAR MAXIMINVS AVG.

VIvit quodammodo, & ſpirat MAXIMINI CAESARIS vultus, Chalcedonio exſciſus, anaglypho opere in Gemma VI. quae inter ceteras eminet non artificio ſolum, verum etiam magnitudine. Corporis proceritate, & robore maxime excelluit, fuitque virili forma decorus, inſigni praeditus oculorum magnitudine, detonſo ad pectinem capillo, naſo aquilino oblongiore, mento acuto, ac prominulo ſpectabilis; moribus tamen feris atque agreſtibus, ſumma quoque voracitate, & bibacitate famoſus. Ex gregario milite praecipuis belli muneribus egregie functus, Alexandro Severo, quem cum Iulia Mamaea dolo occidendum curavit, ſucceſſit. Devictis Germanis, bellum quoque Sarmatis inferre paravit. Tandem Italiam vaſtaturus, obſeſſa Aquileia, hoſtis a Senatu declaratus, ſexagenario maior, anno imperii ſui tertio, in caſtris quieſcens a ſuis militibus trucidatus eſt (2) una cum filio IVLIO VERO MAXIMO CAESARE, formoſo adoleſcente, cuius nudum caput exhibet Gemma VIIII. in hac Tabula accurate delineatum. TAB. XVI. n. VI. VII. VIII.

IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS PIVS AVG.

GORDIANO PIO, iunioris Gordiani ex filia nepoti, praeter aetatem ad imperii nomen, & decus augendum nil prorſus defuit. (3) Romano imperio admotus eſt anno aetatis ſuae circiter decimo quinto, ſummo Senatus populique favore, interemptis Maximo, & Balbino Imperatoribus. Fuit natura laetus, TAB. XVI. n. X.

(1) Ex Dione apud Xiphilinum in Elagabalo, ex Lampridio, & ex Herodiano Lib. VI. Cap. VI.
(2) Ex Iulio Capitolino in eius vita omnia excerpta... Obiit anno ab V. C. DCCCCLXXXVIII. a C. N. CCXXVI.
(3) Vide Capitolinum in eius vita.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0199
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tus, pulcher, amabilis, omnibus gratus, in vita iucundus, in litteris nobilis; (1) cuius effigiem, Scipioni Asiatico, quem referebat, (2) valde similem, mirifice exprimit haec insignis Gemma, in qua exhibetur laureato capite. In administranda re publica usus est consilio, & opera Misithei, seu verius Temesithei doctissimi, & eloquentissimi viri, Praefecti Praetorio, cuius filiam Tranquillinam feminam pudicissimam uxorem duxit. Compluribus in Germanos, Gothos, & Sarmatas, ac praesertim in Persas bellis, & victoriis clarus, insidiis Philippi interfectus est anno imperii sexto, aetatis vero vicesimo secundo. (3) Allato Romam nuntio decessus eius, publico maerore omnes questi sunt, atque a Senatu postea relatus est in Deorum numerum.

TABVLA XVII.

TAB. XVII. CAesarum imagines sequiori aevo insculptas, artificum manu non quidem satis polita, sed valde diligenti, quae in hac Tabula proferuntur, meliori iudicio expendent viri docti, & quibus Imperatoribus sint adscribendae decernent. Si coniecturis indulgere liceat, Gemmam 1. referre crederem insculptum onychi DIOCLETIANVM Imperatorem, laurea insignitum corona; nam vultus eius lineamenta, ac praesertim os aliquantulum reductum, & mentum prominulum, barba quoque satis densa, & brevis cum nummis eius praestantioribus, diligenter a me collatis, quae exstant in Mediceo Thesauro, non obscure conveniunt.

Altera Gemma eximiae magnitudinis, anaglypho opere elaborata, sed parum prominenti, Chalcedonio expressum forsitan exhibet CONSTANTINVM MAGNVM, capite laureato, indutum lorica cum Gorgone ante pectus, qui dextera tenet scipionem aquila ornatum in summitate, quae sunt praeclara, ut nemo ignorat, consulatus insignia. Effigies eiusdem Caesaris huic non absimilis cernitur in nummis praestantioribus Musei Medicei, cum quibus contuli

(1) Eodem Capitolino teste. Gordianum appellatum fuisse *Antonium*, non *Antoninum* auctoritate Scriptorum Historiae Augustae ostendit Fabrettus Inscript. ant. Cap. X. pag. 681.
(2) Ex Capitolino. V. Bonarrotium in num. m. m. p. 254.
(3) Eusebii auctoritate Lib. VI. Cap. XXIV. ex Victore de Caesaribus, & ex Capitolino in eius vita. Vide Pagium ad Annales Baronii pag. 225. Extinctus est anno ab V. C. DCCCCXCVII. a C. N. CCXLIV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0200
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tuli hanc Gemmam, ceteriſque quorum typus eſt cippus cum globo ſuperpoſito, & tribus ſtellis ſuperius adiunctis, in quo ſcriptum legitur VOTIS XX.; nam & in his idem Conſtantinus Maximus Auguſtus, barbararum gentium victor, laureatum habet caput, & ſcipionem aquila inſignitum tenet.

TABVLA XVIII.

TAB. XVIII. PRodit ex locupletiſſimo Stroziae Gentis Muſeo nobilis Gemma, ſeu, ut vulgo dicimus *Cameum*, eximiae magnitudinis, ſcalptum ex Achate Sardonyche, cuius modulo haec delineatio reſpondet. Sculpta eſt procul dubio ſequiori aevo, verum tanta operis elegantia, & dignitate, ut ſedulus artifex ſuorum temporum infelicitatem perinſigni labore profecto ſuperaverit. Vultus Caeſaris pereleganti lineamentorum ductu egregie expreſſus eſt, ſingulaeque eius partes pulcherrima inter ſe nitent conſenſione. Capilli tanto artificio diſpoſiti, atque elaborati, ut inſignis ille ſcalptor, qui hanc imaginem expreſſit, opera praeſtantiſſimorum artificum lithographorum, qui exculiori aetate floruerunt, imitanda ſibi propoſuiſſe perſpicue appareat.

Fatentur omnes rerum antiquarum periti, qui hanc Gemmam mecum inſpexerunt, non alium poſſe referre quam CONSTANTINVM IVNIOREM Caeſarem nobiliſſimum, partaque adverſus Gothos victoria ſumma laude digniſſimum. Effigies plane convenit cum eius numiſmatis maximi moduli, quae ſedulo obſervavi in regio Muſeo Mediceo. Alia quoque ad id arguendum praecipua hebentur argumenta, nempe aegis e balteo dependens, quae eumdem Imperatorem tegit in laeva parte, alterum valde latum magnumque humerum eius nudum relinquens; eo prorſus modo quo in praeſtantioribus nummis ſculptus eſt Caeſar Antoninus Caracalla, aliique vel eiuſdem, vel poſterioris aevi Imperatores, qui etiam, ut hic Conſtantinus Iunior, haſtam dextera tenent; praeterea corona aurea gemmis diſtincta, qua tum Conſtantinus Magnus eius pater, tum idem Caeſar

uſus

uſus eſt, eademque ornatum exhibuit egregius ſcalptor ; quae quum antiquitus iniuria temporum periiſſet, aliam adſimilem veteribus adnexam foraminibus, ornatamque antiquis gemmis, & lapillis aptandam curavit ampliſſimus, atque ornatiſſimus Praeſul D. Leo Strozius, qui elegantiis omnibus exquiſitioris antiquitatis, atque hac inſigni Gemma Muſeum ſuum locupletavit

TABVLA XVIIII.

TAB. XVIIII. PRaeclarum ad hiſtoriam illuſtrandam monumentum exhibet eximia haec Gemma, anaglypha ſculptura ornata, & quidem antiqua, & ſincera, nec prorſus ineleganti, quamquam ſequiori aevo elaborata ſit ab artifice diligentiſſimo ; hac ipſa quoque magnitudine conſpicua, quemadmodum accurate delineata eſt in hac Tabula. Cernitur hinc ſculptus Imperator barbatus, nudo pede ſtans, ſuris dumtaxat ornatis, habitu militari indutus, reiecta in humeros chlamyde: caput eius tegitur galea, cui horrificus draco impoſitus eſt, defluente retro equina cauda, pendetque e balteo ad femur gladius ; ſiniſtra manu clypeum cum Gorgone in medio ſculpta rotundum, dextera protenſa, ſacra facientium more, pateram tenet: hinc adſtat femina, quae, ut arbitror, Dea eſt, quae Imperatorem libationes offerentem blando reſpicit vultu. Caput eiuſdem Deae diademate revinctum eſt, cui decus addunt inaures, & crines pendentes in cincinnulos utrinque diſpoſitos: dextera manu defluentem pallam, qua deſuper ſuccincta eſt, colligit ; ſiniſtra haſtae nititur, ſupra quam eminet aſtrum. Medius adſiſtit puerulus alatus, ſacrum ante aram faciens, qui pateram, & thurariam acerram manibus praefert.

Diligenter inſpecta Imperatoris effigie, collatiſque eius vultus lineamentis cum antiquis nummis, dubitandum non eſt ipſam referre IVLIANVM AVGVSTVM, qui Apoſtata dictus eſt, cui mirifice quadrat haec Ammiani graphica deſcriptio. (1) *Figura talis utique membrorum ; mediocris erat ſtaturae, capillis tamquam pexiſſet mollibus, hirſuta barba in acutum deſinente veſtitus ; venuſtate*

ſtate oculorum micantium flagrans, qui mentis eius anguſtias indicabant; ſuperciliis decoris, & naſo rectiſſimo, ore paullo maiore, labro inferiore diviſo, opima, & incurva cervice, humeris vaſtis, & latis; ab ipſo capite uſque ad unguium ſummitates lineamentorum recta compage, unde viribus valebat, & curſu. (1) Barba ſolummodo, ut optime quiſque videt, non convenit, quae in hac Gemma non hircina eſt, & in acutum deſinens, ut ſcribit idem Ammianus, verum rotunda aliquantulum, & veluti in quaſdam volutas reflexa, cum qua etiam viſitur expreſſus in nummis.

Si ſolus Imperator Iulianus ſacrificans ſculptus eſſet in hoc opere haud difficile eſſet rationem afferre cur ita effictus ſit. Conſtat enim eum, quum iam aperte defeciſſet a Chriſtianorum fide, idolorum cultui adeo addictum fuiſſe, ut eorum templa reſtituere, ſacrificia inſtaurare maxime ſtuduerit; ab omnibus cognomento appellatus *victimarius*, quod ad Deorum aras infinitas propemodum victimas frequenter caederet, centenoſque aliquando boves Iovi immolaret. (2) Quam vero impenſe deditus fuerit Aegyptiorum ſacris declarant eius numiſmata, in quibus impreſſa ſunt Aegyptiorum Deorum ſimulacra. Aruſpices ad haec Etruſcos, quos ſecum ducebat, frequenter conſulere conſuevit vel inſpiciendis extis victimarum, quas mactaverat, vel avium volatu. (3) Hanc ſacrorum curam, & ſtudium indicat puerulus ille aliger, & ipſe ſacrificans, qui Genium eiuſdem principis oſoris Chriſtiani nominis repraeſentat. Perſpicuum eſt ab antiquis Ethnicae ſuperſtitionis cultoribus adſignatos fuiſſe Genios non ſolum locis, urbibus, provinciis, verum etiam hominibus, & Imperatoribus Auguſtis, ipſiſque nuncupata vota, & facta ſacrificia ſolemni ritu. (4) Siquidem putarunt Genios ab ortu cuique datos, eoſque hominum tutelae praeeſſe, & laeta, & optima conſilia ſemper ſuggerere. (5) Florentinis Decurionibus mandatum legimus in antiquo marmore, quod edidi, ut priuſquam ad veſcendum eant, thure, & vino Genios Auguſti, & Tiberii Caeſarum, die natali eorum, quotannis immolato vitulo, invitent. (6)

(1) Libro XXV. pagina mihi 603. Frobenianae editionis Baſileae, anno MDXLVI.
(2) Ex eodem Ammiano Marcellino Lib. XV. XX. XXI. XXII. ex Socrate Hiſtor. Eccl. Lib. III. Cap. XVII. Vide inſignem virum D. Anſelmum Bandurium Tom. II. Numiſmatum Imperatorum Romanorum a Traiano Decio, &c. pagg. 431. 432. 433.
(3) Ex eodem Ammiano Marcellino in libris ſupraſcriptis.
(4) Conſulendus Iac. Philippus Tomaſinus de Donariis Cap. VIII. Conſer Gruteri Inſcriptiones pagg. IX. 6. CVII. 6. 8. Fabrettum Inſcript. ant. Cap. I. pag. 104. n. 242.
(5) Ex praelaudato Tommaſino de Donariis Cap. VIII.
(6) Vide Par. I. Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium pag. 316. n. 64.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0203
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Verum non ſolus Imperator adſtat, ſed coram Dea adſtat, cui offert ſacra libamina. Neque vero, ut aliquibus fortaſſis videri poſſet, habitu Deae expreſſa eſſe poteſt Helena Iuliani Caeſaris uxor, Conſtantii Auguſti ſoror; neque ipſe ſpecie Martis inductus. Nam Helena iam antequam vir imperio potiretur fato functa fuerat in Galliis, nec ipſe Iulianus tantam tum praeferebat aetatem. Tota difficultas in eo conſiſtit ut quaenam ſit haec Dea declaretur. Legenti mihi apud Ammianum Marcellinum, (1) eiuſdem Iuliani Imperatoris geſta, inter alia occurrit ſacrificium ab eo factum Lunae apud Carras Meſopotamiae urbem; quare fortaſſis eiuſdem crederem in hac inſigni Gemma exſtare monumentum; ipſamque Deam Lunam eſſe, ſive Dianam, eo in loco religioſe cultam. En igitur diſertiſſimum praelaudati ſcriptoris teſtimonium: *Maeſtus deinde digreſſus, venit curſu propero Carras, antiquum oppidum, Craſſorum, & Romani exercitus aerumnis inſigne: unde duae ducentes Perſidem viae regiae diſtinguuntur; laeva per Adiabenum, & Tigridem, dextera per Aſſyrios, & Euphraten. Ibi moratus aliquot dies dum neceſſaria parat, &* LVNAE, *quae religioſe per eos colitur tractus, ritu locorum fert ſacra, dicitur ante aras, nullo arbitrorum admiſſo, occulte paludamentum purpureum propinquo ſuo tradidiſſe Procopio, mandaſſeque arripere fidentius principatum ſi ſe interiiſſe didicerit apud Parthos.* Hanc Deam apud Carras libationibus, mero fortaſſis, & ſuffimentis cultam ex hac Gemma arguere poſſumus. Ornatus eſt Iulianus dum rei divinae operatur chlamyde, ſive paludamento; non enim ex Ammiani verbis deduci perſpicue poteſt eum abſque paludamento ſacrum feciſſe Lunae, ſed, ut arbitror, poſt ſacrum tradidiſſe illud Procopio. Fuit enim in more peregrinantium primum de re divina, deinceps de aliis rebus faciundis cogitare quum ad aliquam urbem templo inſigni alicuius numinis celebrem perveniſſent; quod & ab Iuliano factum exiſtimo. Neque etiam ea Deae veſtis ad talos demiſſa, collecta defluenti palla, Lunam, ſive Dianam dedecet, quae & ſuccincta, & eodem modo veſtita in pluribus monumentis occurrit. Valde quoque probabile eſt, & forſitan magis arridebit virorum doctorum iudicio hanc Deam ſculptam in Gemma referre Iſidem, quam impenſe coluit idem Iulianus Imperator, (2) ut eius numiſmata in quibus frequenter occur-

(1) Lib. XXIII. fere in principio.

(2) Vide praelaudatum Bandurium Tom. II. Numiſm.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0204
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

currit Iſis Pharia luculenter teſtantur. Congruit edem Iſidi aſtrum ſupra caput, & ſceptrum quod gerit; quo quidem typo expreſſa eſt in Menſa Iſiaca, quem in rem meam egregie illuſtrat Laurentius Pignorius. (1)

Aliud ſacrum ab Iuliano peregre antea factum memorat Ammianus Marcellinus; (2) nam Peſſinuntem profectum narrat, ibique vidiſſe vetuſta magnae Matris Deum delubra, veneratoque eius numine hoſtiiſque litato & votis, Ancyram rediiſſe. Sed quum in hac Gemma nullae appareant hoſtiae litatae, ad ſacrificium in honorem Iſidis, quae, ut veteres inſcriptiones teſtantur, (3) MYRIONYMA eſt, eademque & Luna, & Diana, & Peſſinuntia Mater Deum, ac demum omnia, ab eo factum alludi facilius crederem.

TABVLA XX.

IMagines Caeſarum Auguſtorum Auguſtarumque collatas cum nummis, & protomis eorumdem hactenus produximus, & obſervavimus. In ſequentibus quatuor Tabulis alias vel elegantia operis, vel raritate inſignes imagines ex antiquis, & genuinis Gemmis afferimus, partim tamen certas, partim incertas; de quibus liberum eruditis viris calculum in iudicio ferendum relinquimus. TAB. XX.

Caput laureatum AVGVSTI, virili, ut videtur aetate, cryſtallo exſcalptum eſt, integro opere anaglypho, non ipſa quidem Auguſti aetate, ſed valde ſequiori; neque tamen ei deeſt & elegantia, & opificis induſtria, quae obſervatu digna ſit. Conveniunt vultus Auguſti lineamenta cum aliis Gemmis, ac praeſertim cum marmorea eius protoma, quae exſtat in Mediceo Theſauro. n. I.

Imperatoris caput laurea corona revinctum, Chalcedonio eleganter exſciſum. Nervam referre aliquantulum videtur. n. II.

TRAIANI caput laureatum, pereleganter exſcalptum Iaſpidi Chalcedonio. n. III.

(1) Aſtrum eminet ſupra caput Iſidis ut in Tabula Bembina, ſeu Menſa Iſiaca lit. M. & ſceptrum, ſive haſtam tenet lit. P. Vide Pignorium in Expoſitione pag. mihi 31. Iſidis caput ornatum ſtellis cernitur in Gemma III. apud Michaelem Angelum Cauſeum in Muſeo Romano.

(2) Lib. XXII. pag. mihi 570.

(3) In Gruteri Theſauro pagg. LXXXII. 2. LXXXIII. 12. Adeundus etiam Apuleius Lib. II. Metamorph.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0205
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

n. IV. An ipſum Traianum, vel eiuſdem Traiani patrem, cuius exſtant numiſmata in Muſeo Mediceo, referat haec imago, faberrime exſculpta Chalcedonio, aliorum iudicium deſidero.

n. V. Vultus lineamenta huiuſce feminae Auguſtae proxime accedunt vultui LIVIAE AVGVSTAE, quae cernitur velato capite, & ornato diademate, ſculpta a perito artifice.

n. VI. FAVSTINA fortaſſis iunior, ſculpta docta artificis manu in hoc Topazio.

TABVLA XXI.

TAB. XXI. n. I. VVltu hilari, ac blando, eximia arte ſculptum eſt iuvenile caput in hac Gemma nobiliſſima, anaghlypho opere pulcherrimo, quod maxime prominet, elegantiaſque omnes continet. Neronem, vel Druſum Germanici Caeſaris filium expreſſum cenſent aliqui viri antiquariae rei periti; certe aliquem ex Auguſti nepotibus agnoſcere quiſque facile poteſt, tum ex opificio, quod ipſam redolet Auguſti aetatem, tum ex uſitato ea tempeſtate praeſtantium artificum ſcalpendi modo, tum ex capillorum perpulchra concinnatione. Profecto ſi cuſa in honorem horum Caeſarum numiſmata a Coloniis Hiſpaniae non adeo rudia eſſent, facili negotio liquido oſtendere poſſemus quem referat haec Gemma, haud certe poſtremum Stroziae Dactyliothecae ornamentum.

n. II. MATIDIAM potius Auguſtam, Marcianae filiam, quam Fauſtinam ſeniorem ex hoc Beryllo exſciſam puto, mira profecto arte, & operis excellentia.

n. III. M. AVRELII CAESARIS Principis iuventutis caput ex Achate Sardonyche pereleganter ſcalptum, de quo nullum dubium eſſe poteſt.

n. IV. HADRIANI CAESARIS caput laurea corona redimitum, onychi anaglypho opere exſcalptum.

n. V. VI. Rudi opere ſculpta ſunt in his duabus Gemmis capita Imperatorum ſequioris aevi, ornata corona radiata; quae cum nummis collata probe conveniunt cum duobus POSTVMIS, patre, ac filio, quos in iiſdem arbitror expreſſos. TA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0206
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXII.

ANTINOI HEROIS effigies, Sardae inſcalpta, opere pulcher- TAB. XXII.
rimo, & abſolutiſſimo, de qua ſuperius in obſervatio- n. I.
nibus ad Tabulam X. nonnulla diximus.

Caput nudum, mihi incognitum, multa elegantia inciſum n. II.
Achatae vario.

Caput iuvenile nudum, capillo ſatis denſo, & cincinnulis n. III.
diſtincto, in quo vultus modeſtia, & manſuetudo elucet. An unum ex nepotibus Auguſti Caeſaris exprimat nihil definio.

Multo artificio inſcalptus videtur in hac Gemma ANTONI- n. IV.
NVS BASSIANVS CAESAR, Princeps Iuventutis; cuius vultus non obſcure reſpondet nummis in honorem eius percuſſis, qui in Medicea Gaza adſervantur.

Effigies feminae Auguſtae, expreſſa eleganti manu in hac n. V.
Sapphiro, quae CRISPINAM referre videtur; neque ab hac coniectura diſcrepat capitis cultus, & vultus lineamenta, quae valde his ſimilia occurrunt in eius numiſmatis.

IVLIAM PAVLAM Auguſtam, Elagabali uxorem, quam pri- n. VI.
mam omnium duxit, ac levi de cauſa mox repudiavit, expreſſam crederem in hoc perinſigni Iaſpide Chalcedonio. Caput eius diademate ornatum non eſt, capilli eo prorſus modo concinnati, ut quiſque eos cernere poteſt in eius nummis.

TABVLA XXIII.

CAput barbatum, & laureatum, ALBINVM Imperatorem for- TAB. XXIII.
taſſis refert. n. I.

Caput iuvenile, laurea revinctum; exprimit, ni fallor, n. II.
GORDIANVM PIVM Caeſarem.

Capita Imperatorum iugata; primum forſitan HADRIANVM, n. III.
alterum AELIVM Caeſarem refert.

IV-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0207
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

n. IV. IVLIAE Auguſtae, Titi Caeſaris filiae effigies, Topazio inſcalpta ſpectanda eſt; de qua ſuperius memini quum Gemmam VIII. Tabulae VI. illuſtrarem.

n. V. VI. Caeſarum, iuvenili, ac florida aetate, pereleganter inſcalpta capita, mihi ignota, exhibentur in his Gemmis.

TABVLA XXIV.

TAB. XXIV. COntinet haec Tabula ſex Virorum illuſtrium, ut arbitror, Conſularium imagines, quae ſuo nomine non donantur. Satius enim eſt de iis iudicium ſiſtere apud eruditum lectorem, quam meris nugis veritatis cultoribus imponere. Vultus praeſtantiſſimorum hominum non ſtudio ſolum, & admiratione ſculpturae excellentium artificum geſtare in anulis veteres conſuevere, iiſdemque ornare Dactyliothecas; verum etiam adſidue inſpicere, ut memoria rerum ab ipſis praeclare factarum ad virtutem honeſtatemque acrius excitarentur.

J.D. Campiglia inv. del. V.F. fcul.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0208
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

CLASSIS II.

TABVLA XXV.

ALEXANDER MAGNVS MACEDONVM REX.

Egum, Heroumque imagines productaurus in hac Classe, ab ALEXANDRO MAGNO illustre exordium desumo. Inscalptus est in prima Gemma huius Tabulae exquisito artificis opere; tecto capite leonis rictu, & exuviis, (1) veterum Heroum, atque imprimis Herculis more, a quo Macedonum reges genus ducere gloriabantur. (2) Acerrimo, atque invictissimo huic bellatori, qui eiusdem Herculis aerumnas, & Bacchi totius Orientis domitoris triumphum imitatus est, (3) mirifice ea conveniunt, quae divinus Homerus regi adscribit, (4) summa dignitas, bellica virtus, oris maiestas. Iuvenilis vultus est, leniter sursum erectus, forma insignis, vigoris plenus; collum procerum, oculi non mites, sed acres, & ad terrorem hostibus iniiciendum sedulo ab artifice efficti; nam ferunt formidabile quiddam TAB. XXV. n. I.

(1) Cernitur quoque Magni Alexandri caput & in nummis & in gemmis nunc diademate, nunc cornibus, quod Iovis Ammonis filius credi vellet, nunc galea ornatum, ut in magno, ut Itali dicunt, Cameo, quod exhibet Ang. Michael Causeus in Museo Romano Tab. XVIII. vel hederacea corona revinctum ad Bacchi imitationem, ut observat Ioh. Faber ad Vrsini Imagines n. VI. pag. 8.

(2) Confer Plutarchum in eius vita in principio. Philippum Bonarrotium Senatorem in Observationibus in numismata max. mod. pag. 63. 64. 100. 157.

(3) Vide Curtium Lib. III. Cap. XII.

(4) Ex Eustathio in Lib. B. Iliadis pag. 106. Florentinae editionis, quem immortali labore Latio primus omnium donavit, & Commentario omni eruditionis fruge referto ornavit vir summus P. Alexander Politus Florentinus, quem de rebus Theologicis differentem olim audivi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0209
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

dam in facie eius insitum fuisse ; supercilia aliquantulum contracta , brevis frons , capilli in occiput duplici quodam ordine modice reflexi , qualem nobis scriptores delinearunt . Audiendus prae ceteris Aelianus , qui haec scribit : (1) Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Φιλίππου ἀπραγμόνως ὡραῖον λέγουσι γενέσθαι . τὴν μὲν γὰρ κόμην ἀνασεσύρθαι αὐτῷ , ξανθὴν δὲ εἶναι . ὑπαναφύεσθαι δέ τι ἐκ τοῦ εἴδους φοβερὸν τῷ Ἀλεξάνδρῳ λέγουσιν . *Alexandrum , Philippi filium , sine curatione formae speciosum fuisse perhibent ; capillos vero flavos , & retortos habuisse ; feruntque formidabile quiddam intuentibus Alexandrum suboriri consuevisse* . In haec quoque verba Solinus : (2) *Erat forma supra hominem augustiore , cervice celsa , latis oculis , & illustribus ; malis ad gratiam rubentibus ; reliquis corporis lineamentis non sine maiestate quadam decorus* . (3)

TAB. XXV. *n. II.* In altera quoque Gemma eleganti artificio sculptus est Alexander cum eodem capitis ornatu , leonina pelle circa collum nodo revincta , non secus ac cernitur in Graecis nummis . Differt aliquantulum haec effigies ab altera , quam illustravimus ; sed haudquaquam mirabuntur viri eruditi , qui sciunt non mediocriter differre eius vultum impressum in nummis aureis atque argenteis , ab aereis , qui percussi sunt sub Antonino Caracalla , quod discrimen diligenter observavi in pluribus Mediceae Gazae .

LYSIMACHVS REX.

TAB. XXV. *n. III.* MOrtuo Alexandro , imperium Macedonum , caeso Antigono , ac pulso Pyrrho , adeptus est LYSIMACHVS REX , Agathoclis filius , (4) philosophiae studio optime excultus a Callisthene , animi magnitudine , viriumque gloria clarissimus ; cuius effigies pulcherrima est , ac multa arte huic Gemmae exscalpta a peritissimo artifice ; in qua (quod observatu dignum est) frontis eius vitium solerter celavit hac illac sparsis capillorum cirris , pendente in medio cincinno . Nam inopinato vulnere percussus in fronte ab Alexandro Magno , cui maxime omnium carus fuit , primum regalis maiestatis auspicium suscepit , imposito

(1) Histor. Var. Lib. XII. Cap. XIV.
(2) Cap. XIV. Vide etiam Photium in Biblioth. pag. 1198.
(3) Plinius Lib. XXXIV. Cap. VIII. Plutarchus in eius vita ; Tzezes Chiliad. XI. n. 368. Egregie quoque eius imaginem a Pyrgotele scalptam Tab. LV. descripsit Philippus de Stosch pag. 78. quem vide. Ab eo solum scalpi , ab Apelle pingi , a Lysippo ex aere duci voluit . Plin. Lib. VII. Cap. 37.
(4) Vide Pausaniam in Atticis Cap. IX.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0210
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

to ſibi eius diademate, quo vulnus adligatum eſt, quum aliter cludi ſanguis non poſſet. (1) Ad imitationem eiuſdem Alexandri, qui, haud contentus mortali faſtigio, Iovis filium ſe non modo appellari paſſus eſt, verum etiam iuſſit, (2) & ipſe Lyſimachus capite arietinis cornibus munito repraeſentari voluit, ut ſe legitimum tanti Regis heredem teſtaretur, auguſtioremque eius exemplo ſuam faceret originem. (3)

PYRRHVS EPIROTARVM REX.

CVi nam adſcribendae ſint hae imagines inter ſe omnino ſimiles, faberrime inſculptae in his Gemmis, adhuc in incerto res eſt. Aliqui rerum antiquarum periti expreſſum fortaſſe putant vel Hannibalem, vel Haſdrubalem Romani nominis hoſtes acerrimos, quemadmodum indicare videtur equus, Karthaginis ſymbolum, in clypeo ſculptus; vel aliquem ex Regibus Thraciae, vel ex Homericis Heroibus; alii Pyrrhum Epirotarum Regem exiſtimant, qui Alexandro Magno tum adfinitate, tum egregia virtute, invictoque animi robore proximus fuit. De his igitur, ac de aliis Gemmis hiſce ſimilibus, quae inter dubias, & incertas reponi debent, apud doctos lectores nihil definio; malo enim ignorantiae, quam nimiae audaciae nota reprehendi: neque eos ſequor qui veluti ex cortina, & ex Apollinis tripode, ſpecioſa nomina gemmis imponunt, quae vultus nobis exhibent omnino ignotos. TAB. XXV. n. IV. V. VI.

In rebus tamen dubiis, atque obſcuris quum ſciam divinationem interdum nec diſplicere, nec improbari, ſi aliquibus rationibus ſaltem probabilibus innitatur, illorum opinio mihi magis arridet, qui PYRRHVM in his Gemmis ſculptum eſſe arbitrantur. Id vero, ut eorum coniecturis adſtipuler, praeſertim me movet, quod inclytus hic Rex contractis graviter ſuperciliis, incomtis crinibus, atque impexa horride barba, exquiſito artificio ſculptus, eum vultum praefert qualem pluribus in locis graphice deſcribit Plutarchus in eius vita, nempe in ipſo belli ardore

1) Ex Iuſtino Lib. XV. Cap. III. Appiano de Bellis Syriacis mihi pagg. 128. 129. 130.
2) Adeundus Curtius Lib. IV. Cap. VII. Clemens Alexandrinus in Protreptico.
3) Vide L. Begerum eruditiſſimum virum in Theſauro Brandeburgico Select. Gemmarum pag. 244.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0211
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

dore terribilem, atque adſpectu trucem, ferocitatem quamdam animi ſpirantem, atque ad terrorem hoſtibus incutiendum vehementer compoſitum. Libet unicum ex eo afferre teſtimonium, quo effigies eius mirifice pingitur, atque hae Gemmae non parva luce illuſtrantur. Ἦν δὲ ὁ Πύῤῥος, τῇ μὲν ἰδέᾳ τὸ προσώπῳ φοβερώτερον ἔχων, ἢ σεμνότερον τὸ βασιλικόν. *Praetulit Pyrrhus vultu truciore quam auguſtiore maieſtatem regiam*. Multae quoque magnaeque irae eum plenum fuiſſe ex eodem Plutarcho liquet, quam ex oculis veluti erumpentem expreſſit eximius ſcalptor.

Clarius vero ſe prodit egregius artificis labor in Gemma IV. in qua idem Pyrrhus clypeum tenet, cuius inſigne eſt equus in velociſſimum curſum effuſus; ad eius alacritatem, ac celeritatem in arduis rebus gerendis conficiendiſque, ut arbitror, indicandam; nam priuſquam Romani bellum ab eo parari ſcirent, in Italiam celerrimo curſu claſſe tranſmiſit, atque cum Tarentinis contra eos pugnavit, ſexque annorum ſpatio compluribus victoriis inclaruit. (1) Hinc ob inſignem virtutis ardorem, & maxime celerem in agendo impetum *aquilae* cognomine ornatus eſt, ut narrat idem Plutarchus. Forte etiam Pyrrhus ſculptum voluit equum in ſuo clypeo, tamquam inſigne monumentum proelii quod geſſit cum Demetrio Rege; nam antequam ſe pugnae committeret, vidit in ſomnis Alexandrum Macedonum Regem, licet aegrum, inſcendere equum, & in re maximi momenti opem ſibi impigre ferre. Verum ex hoc equi currentis ſymbolo leve dumtaxat argumentum, & ut videtur incertum, deſumi poteſt ad declarandam Pyrrhi imaginem; nam & in aliis Gemmis occurrunt milites admodum iuvenes, qui idem ſymbolum equi currentis ſculptum in clypeo praeferunt. Pyrrhi clypeum memorat Pauſanias, (2) adfixum fuiſſe in ſuperiori limine valvarum Templi Cereris apud Corinthios; ſed utrum idem clypeus ornatus eſſet eius imagine, (3) vel nomine inſcripto, vel equo currente, vel alio quovis emblemate non declarat.

Plutarchi auctoritati, qui Pyrrhi Regis effigiem his Gemmis valde ſimilem, ut diximus, non ſemel delineat, cui hae meae innituntur coniecturae, accedit virorum doctorum conſenſus, qui ex antiquis gemmis, & ſtatuis proferunt Pyrrhum, galea ornatum

(1) Omnia excerpta ex eius vita apud Plutarchum. Vide Livium Lib. XXXI. Iuſtinum Lib. XXV. Cap. IV. Florum Rerum Roman. Lib. I. Cap. XVIII. Corn. Nepotem de Regibus.

(2) In Corinthiacis Cap. XXI.

(3) Clypeorum dedicatio cum imagine virorum illuſtrium ſaepe occurrit in Gruteri Theſauro, & CCCLXXIV. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0212
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tum, cum promiſſa atque impexa barba, leni tamen ac placido vultu conſpicuum; ut videre eſt apud Fulvium Vrſinum Tab. CXXIII. in Imaginibus Virorum illuſtrium, quas Commentario illuſtravit Ioannes Faber, & apud Sponium in Miſcellaneis eruditae antiquitatis. (1)

Sed ut in his ſaltem, quae notatu digna ſunt, pedem figamus, galea, ut cernitur in his Gemmis, pura eſt, nulloque ornatu inſignis, ſi parvae volutae, ſive maeandra ſupra frontem excipiantur; nullus conus eminet, e quo criſtae comantes, vel equina cauda dependeant, Graecorum, & Etruſcorum more; nulla quoque ornamenta, & ſymbola, quae vel eius originem, vel patriam, vel maiorum memoranda facta exprimant. (2) Quod attinet ad clypeum, nullo inſigni exſculptum eſt in Gemma v. & vi. compertum tamen eſt ornari & ipſum conſueviſſe variis emblematis, vetuſtiſſimis quoque temporibus. Hinc clypei Agamemnonis inſigne fuit leoninum caput, (3) Hectoris leo, (4) Idomenei gallus gallinaceus, (5) Epaminondae draco, (6) Scipionis Africani Cupido, (7) Romanorum Imperatorum Romulus, & Remus a lupa lacte paſti, aeternitatis Romani imperii ſymbolum. Heroum vero, & militum inſignia non raro ſunt vel Gorgonis caput, vel ſagittae, vel Iovis fulmina, vel animalium capita, monſtra, ſerpentes, anuli, coronae, & topiaria opera, aliaque huius generis, quae in antiquis ſculpturis cernuntur. (8)

PTOLEMAEVS AVLETES REX AEGYPTI.

MAgno opificio ſculptus eſt in hac Gemma, iuvenili aetate, & egregia forma praeditus, capite diademate inſignito, uti & in nummis conſpicitur, PTOLEMAEVS Rex Aegypti XI. Ptolemaei Soteris II. filius nothus; qui, ut tunc moris erat, illuſtri nomine, & quidem Regibus haud inſolito, NOVVS DIONYSVS appellatus eſt, dictuſque AVLETES ab Alexan- TAB. XXV. n. VII.

(1) Sect. IV. pag. 138. & 139. Pyrrhi Regis anaglyphum, imaginem, & ſtatuam obſervavit Romae adm. R. D. Bernardus Montfauconius in ſuo Diario Italico pagg. 207. 221. & 225., ſed vultum eius non deſcripſit.
(2) Vide Silium Italicum Punicor. Lib. XV. n. 680. 681. 682. & doctiſſimos enarratores ad hunc locum.
(3) Pauſanias in Eliacis Cap. XIX.
(4) Vide Raph. Fabrettum in Tabulam Iliadis pag. 374. & 375.
(5) Eodem Pauſania teſte in Eliacis Cap. XXV.
(6) Ex eodem Pauſania in Arcadicis Cap. XI.
(7) Plutarchum vide in eius vita.
(8) In Traiani, & Antonini marmoreis columnis, in nummis Imperatorum; ad quae vide Senatorem Bonarrotium pagg. 9. 10. 11. 12. 51. 113. 114. 327. 351. & in Coniecturis, & Explicationibus additis Dempſteriano Operi pag. 47.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0213
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

xandrinis per contemptum, quod otio, ac luxu diffluens, in Choraulica arte adſidue ſe exerceret. (1)

PTOLEMAEVS IVNIOR REX AEGYPTI.

TAB. XXV. *n. VIII.* PTOLEMAEVS Rex Aegypti XIII. Ptolemaei Auletis filius natu minor, pereleganter ſculptus eſt in hac Sarda. Vndecim annorum puer fratri maiori Ptolemaeo ex naturali ordine, & ex Caeſaris conſtitutione in Aegypti regno ſucceſſit; & decimo quarto aetatis anno, Aegyptiorum veteri conſuetudine, Memphi Anaclateriorum tempore, Rex proclamatus eſt; qui demum decimo quinto, a Cleopatra ſorore dolo interceptus, periit. (2)

CLEOPATRA AEGYPTI REGINA.

TAB. XXV. *n. IX.* PErraram CLEOPATRAE Aegypti Reginarum ultimae imaginem, pereleganter inſcalptam Sardae, exhibeo ex Medicea Dactyliotheca, quae dum ſe necat ornatum habet caput laurea corona, quam tamen ei minime tribuunt veteres ſcriptores. Nam audita M. Antonii morte, quum ſe occidere decreviſſet, (3) ne victoris Auguſti triumpho ſervaretur, (4) memorat Plutarchus, omni regio cultu aſſumpto, congeſtis in monumento, in quo delituerat, Regum Aegypti immenſis opibus, regio didemate caput eius ab ancilla Charmio decoratum fuiſſe. En igitur diſertiſſima Plutarchi verba. (5) Ἡ δὲ Χάρμιον ἤδη σφαλλομένη, καὶ καρηβαροῦσα, κατεκόσμει τὸ διάδημα περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. *Charmium vero, quum iam labans, & capite gravata eſſet, componebat diadema capiti eius.* (6) Dubitaveram, ut ingenue fatear,

(1) Vide Porphyr. in Euſeb. Scal. Appianum de bello Mithridatico; Strabonem Lib. XVII. Vaillantii Hiſtoriam Ptolemaeorum Aegypti Regum ad fidem numiſmatum accomodatam pag. 144. 145.
(2) Plura cupientibus indico Vaillantium in Hiſtoria Ptolemaeorum Aegypti Regum pag. 163. 164. 165.
(3) Adeundus Velleius Paterculus Hiſtor. Rom. Lib. II. Cap. LXXXVII.
(4) Ex Suetonio in vita Auguſti c. 17. Floro Lib. IV. Cap. XI. & Plutarcho in Antonii vita.
(5) In vita eiuſdem M. Antonii Triumviri.
(6) Memoranda eſt Gemma Pariſienſis pretio & ſculpturae ratione ſingularis, cuius ſchema edidit D. Bern. Montfaucon. in Diario Italico Cap. XVII. pag. 241. in qua M. Antonius, & Cleopatra ad imam uſque pectoris partem ſculpti ſunt, prominetque ſculptura uno pollice, latitudine vero quatuor quaquaverſus pollicum. M. Antonii caput laureatum eſt, Cleopatrae vero diademate revinctum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0214
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

fatear, an ab artifice ſculptus fuiſſet Apollo laurea corona redimitus, qui poſtea recenti manu addito ad pectus angue in Cleopatrae imaginem reformatus fuiſſet; verum imago ipſa probe a me obſervata ſincera eſt & genuina, pectuſque mammis turgidum, & laureae coronae folia, quae a tricis capillorum in eam formam interdum aptari ſolitis perſpicue diſtinguuntur, eiuſdem Cleopatrae effigiem antiqua manu ita ſculptam fuiſſe admoto ad pectus aſpide oſtendunt; an vero corona e lauro addita ſit ad arbitrium eiuſdem ſcalptoris, an vero ad hiſtoriae fidem, quod bellis quibus interfuit, & paravit clara, more Principum Romanorum, lauream coronam praeferre voluerit, vel ius eam praeferendi a Caeſare, vel ab Antonio habuerit, iudicent viri docti. (1) Laurea corona redimita etiam Olympias Alexandri mater, cum eo ſculpta in Achate antiquo eximiae magnitudinis, & exquiſitiſſimi artificii, qui olim prodiit ex celeberrima Mantuae Ducum Gaza, & complurium Muſeorum inſigne fuit ornamentum. (2)

Paſſis crinibus ſculpta eſt, vultuque non ad triſtitiam, ſed paene ad hilaritatem compoſito: nam ferunt intrepido animo ſibi mortem conſciviſſe, eamque cuſtodibus magna vultus ſerenitate praetexiſſe; quod indicat Velleius qui ita ſcribit: (3) *At Cleopatra, fruſtratis cuſtodibus, illata aſpide, morſu ſane eius, expers muliebris metus, ſpiritum reddidit*. Plutarchus, & Florus quaſi ſomno ſolutam narrant. (4)

MITHRIDATES PONTI REX.

MITHRIDATIS Ponti Regum maximi, & potentiſſimi, Romaniſque infenſiſſimi, caput regio diademate revinctum, a praeſtanti artifice ſculptum in hac Gemma, raritate, ac magnitudine inſigni, conſpiciendum eſt; aureis argenteiſque nummis eius, qui adſervantur in Mediceo Gazophylacio longe ſimillimum. Hic animi invicto robore, conſilio, & aſtu, omni audaciae exemplo certe maior, Romanis rerum dominis, terra mari- TAB. XXV. n. X.

(1) Cleopatrae victoriam luculenter deſcribit Plinius Hiſt. Nat. Lib. IX. Cap. XXXV. Eum quoque vide de laurea corona praeſertim Lib. XV. Cap. XXX.

(2) Hanc inſignem Gemmam editam vide apud Michaelem Angelum Cauſeum in Romano Muſeo Tab. XVIII. in Sect. I. Gemmarum antiquarum.

(3) Hiſtor. Rom. Lib. II. c. LXXXVII. Vide etiam Plutarchum in Antonio; Horatium Lib. Carm. Lib. I. Ode XXXIV. Propertium Lib. III. Eleg. IX. v. 53.

(4) Lib. IV. Cap. XI.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0215
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

marique reſtitit annis quadraginta ; ac tandem ut profligaretur ſubigereturque vix Sullae felicitas , Luculli virtus , Pompeii magnitudo , qui de eo triumpharunt , ſuffeciſſe viſa eſt . (1) Fertur viginti duarum nationum , quibus imperabat , linguam cognoviſse . (2)

MASSINISSA NVMIDARVM REX.

TAB. XXV. n. XI.

IVdicio Leonardi Auguſtinii , viri antiquarum Gemmarum ſtudio , & cognitione excultiſſimi , exhibetur in hac perrara , & inſigni Gemma imago MASSINISSAE Numidarum Regis , (3) decora facie , regia indole , ſumma rei militaris ſcientia clari , magnis in Romanos meritis conſpicui ; cui tribuunt victum Hannibalem , captum Siphacem , Karthaginem deletam ; quem denique inter duos illos Africanos tertium *ſervatorem Vrbis* memorant Hiſtorici . (4) Galea , quae caput eius tegit , eſt ornatiſſima , multiſque emblematis inſignita . Sculptus eſt , in eiuſdem galeae , ut ita dicam , diademate , equus marinus , ſuperne vero auriga agitans bigam ; ad indicandum , ut arbitror regnum Numidiae mari proximum , magnamque in ludis , quos edidit , celebritatem . Laborum fuit patientiſſimus ; nam nihil ex iis militaribus aerumnis , quas adoleſcens ſuſtinere adſueverat , numquam , ne quidem in diuturna ſenecta , praetermiſit . (5) Praeterea in poſteriori galeae parte ſculpta eſt canis odorans , quo ſymbolo forſitan declaratur eum fideliſſimum Romanorum ſocium fuiſſe ; nam canis fidelitatis , & benevolentiae exemplum habetur . (6) Conſtat etiam quod parum fidei in pectoribus hominum reponens , ſalutem ſuam cuſtodia canum vallavit , (7) quod , ni fallor , adumbrare voluit doctus artifex . Raritatem addunt Gemmae & aliquot litterae Punicae , quae mihi incognitae ſunt .

Pone caput cernitur Deae ſimulacrum , quae Venus creditur ,

(1) Conſulendus Plutarchus in vita Sullae , & Luculli ; item Cicero in Oratione Mureniana , & pro Lege Manilia ; Salluſtius , & Appianus de Bello Mithridatico .

(2) Quintilianus Lib. XI. Cap. II. de Memoria ; Plinius de Viris illuſtribus Cap. LXXVI. & Hiſtor. Natural. Lib. VII. Cap. XXIV. & Lib. XXV. Cap. II. Val. Maximus Lib. VIII. Cap. VII. A. Gellius Lib. XVII. Cap. XVII. & Solinus Cap. VII.

(3) Vide apud Equitem Maffeium Par. I. Gemm. ant. Tab. XCV. pag. 108.

(4) Conſer Salluſtium de Bello Ingur. n. 5. Plutarchum in vita Scipionis , & Livium Lib. XVIII. , & XIX. Iuſtinum Lib. XXXVIII. Cap. VI. Val. Maximum Lib. VII. Cap. II.

(5) Ex Cicerone de ſenectute , Suida , Plinio Lib. VIII. Cap. XIV. , & XLVIII. ex Epitome Livii Lib. I. Diodoro Siculo Lib. XXXII. Val. Maximo Lib. VII. Cap. II. & Lib. VIII. Cap. XIII.

(6) Conſulendus Io. Pierius Valerianus Hieroglyph. Lib. VI.

(7) Val. Maximus Lib. IX. Cap. XIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0216
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tur , e cuius manibus veſtis uſque ad pedes defluit , quaſi ea ſe tegere velit . Additum arbitror hoc Veneris ſimulacrum ab artifice , ut eam indicaret tutelare numen regni Numidiae , totiuſque Karthaginis , cui , quum Romani eam in provinciam redegiſſent , Maſſiniſſam praefecerunt , ut memorat Strabo ; (1) vel ut oſtenderet Venerem Genetricem eidem Maſſiniſſae propitiam fuiſſe , qui eius ope poſt ſextum & octogeſimum aetatis annum filios genuit , (2) ut coniicit Leonardus Auguſtinius . Illud quoque ſilentio haud praetereundum quod pertinet ad illuſtrandam Maſſiniſſae pietatem , qui quum ex fano Iunonis dentes eburneos eximiae magnitudinis ſublatos a regio Praefecto claſſis dono accepiſſet , ubi audivit unde eſſent , ſtatim certos homines in quinqueremi miſit , qui eos dentes reportarent , ſuoque loco reſtituerent ; addito Punico titulo , qui haec ſignificabat : *Regem Maſſiniſſam imprudentem accepiſſe , re cognita reportandos reſtituendoſque curaſſe* . (3)

DIOMEDES HEROS.

NOn diſcedam ab iudicio praelaudati Leonardi Auguſtinii , qui huic pulcherrimae Sardae egregio opere inſculptum cenſuit DIOMEDEM HEROEM , Tydei filium ; (4) qui , auſpice Minerva , a qua robur , & audaciam , aeternumque nomen obtinuit , in Deorum numerum poſt mortem relatus eſt . (5) Cernitur , ut in pluribus Gemmis , proiecta cervice , capite non nudo , ſed galea pura ornato , e qua ignem veluti emicaſſe canit ſummus omnium Poetarum Homerus , eo quod maxime nitida , & polita eſſet . (6) Caput eiuſdem Diomedis tectum caſſide munita equina cauda cernitur in numiſmate aureo inter imagines Virorum illuſtrium Fulvii Vrſini , quod illuſtrat Io. Faber Tab. LVII. in quo eius nomen inſcriptum eſt ΔΙΟΜΗΔΕΟΣ . TAB. XXV. n. XII.

TA-

(1) Geograph. Lib. XVII. verſus finem .
(2) Ex eodem Val. Maximo Lib. VIII. Cap. XIII.
(3) Vide Ciceronem in Verrem Lib. IV. n. 46. pag. 161. edit. Amſtel. item Valerium Maximum Lib. I. Cap. I. Fuit haec eximia Gemma in Cimeliis praelaudati Leonardi Auguſtinii , e quibus poſtea translata eſt in Theſaurum Mediceum . Edidit Eq. Maffeius P. I. Tab. XCV.
(4) Vide in Par. I. Gemmarum antiquarum , quas edidit Eques Maffeius Tab. XC.
(5) Ex Homero Iliad. Lib. E . in principio . Vide Pindari Scholiaſtem Nem. X. Strabonem Lib. III. & V. Philoſtratum in Heroicis Cap. IV. n. IV.
(6) Mirifice illuſtrant hunc Gemmam Homeri verſus , loco praecitato , qui nullo modo heic praetermittendi ſunt .
Δαΐζ' οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ ,
Αἴθρῃ ὀπωρινῷ ἀναλίγκιον , ὅστε μάλιστα
Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο .
Τοῖόν οἱ πῦρ δαῖεν ἀπὸ κρατός τε , καὶ ὤμων .
Emicabat ei ex galea , & ex ſcuto indeficiens ignis ,
Sideri autumnali ſimilis , quod maxime
Splendide lucet lotum in Oceano :
Talis ei ignis praefulgebat a capite , & humeris .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0217
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXVI.

PERGAMVS HEROS.

TAB. XXVI. n. I.

PRima omnium occurrit in hac Tabula imago PERGAMI Regis, conditoris Pergamenorum, cuius caput, dignitate, ac decore plenum, regio diademate nobilitatur. Cernitur aetate satis provecta, non tamen iuvenili, qua delineatur a Philostrato. (1) Filius fuit, natu minor, Pyrrhi Neoptolemi; qui quum in Asiam traiecisset, Ariumque in Teuthrania dominantem, singulari de imperio certamine secum dimicantem occidisset, ex suo, & Andromaches matris nomine urbibus appellationem dedit, ut narrat Pausanias. (2) Imago huiusce Herois cernitur in nummis in honorem eius percussis a Pergamenis, quae probe huic perrarae Gemmae respondet. (3) In iisdem nummis dicitur ΠΕΡΓΑΜΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ, *Pergamus Heros*.

PTOLEMAEVS PTOLEMAEI AVLETIS F. NATV MAIOR AEGYPTI REX.

TAB. XXVI. n. II.

ETsi aliqua intercedat formae similitudo inter effigiem PTOLEMAEI natu maximi, qui sculptus est in hac elegantissima Gemma, & effigiem Ptolemaei iunioris fratris eius, quam superius conspeximus Tab. XXV. n. VIII. in eo tamen differunt, ut notavit Vaillantius, (4) quod capilli huiusce maioris fratris paullo longiores sunt, atque Aegypti Regum praedecessorum more calamistrati; alterius vero tonsi exemplo Romanorum, quasi eos imitari maxime studuerit. Hic Aegypti regnum vix integro quadriennio tenuit, decessitque anno aetatis suae decimo septimo, demerso, quo vehebatur, navigio Nili aquis, quum Caesarem victorem fugeret.

RHOE-

(1) Imaginum Lib. IV.
(2) In Atticis Cap. XI.
(3) Vide Imagines Virorum illustrium apud Ful. Vrsinum quas Faber illustravit Tab. CI. pag. 61. Effigiem eiusdem Pergami iuvenili aetate edidit Caninius Iconograph. Imag. IV.
(4) In Historia Ptolemaeorum Aegypti Regum pag. 165.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0218
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

RHOEMETALCES THRACIAE REX.

CLarum eſt nomen RHOEMETALCIS Thracum Regis, ſenioris Rhoemetalcis filii, in Romana Hiſtoria; (1) qui quum ab Antonii partibus defeciſſet, Auguſti, ob egregia in eum merita, & officia, amicus, & ſocius fuit, a quo civitatem Romanam, & nomen accepit; nam in Florentino antiquo lapide C. IVLIVS REX RHOEMETALCES appellatur. (2) Caput iuvenile eſt, diademate inſignitum, regia oris gravitate conſpicuum; cui alterum paene ſimile primus omnium vulgavi ex ſplendidiſſimo Marchionis Riccardii Muſeo, in quo compendiariis litteris adſcriptum eſt, ut arbitror, artificis nomen. (3) TAB. XXVI. n. III.

Sequitur caput ſenis barbati, quod adhuc ignotum eſt; nec dubitandum eſt referre aliquem Regem. Obſervanda eſt coma eo modo diſpoſita.

PHILISTIS REGINA.

TAnta eſt huiuſce imaginis ſimilitudo cum nummis, qui caput PHILISTIDIS Reginae praeferunt, ut eam facile credam exhiberi in hac Gemma pulcherrima. Incertum vero eſt an ea fuerit Regina Siciliae, vel Coſſurenſium, vel Melitenſium. (4) TAB. XXVI. n. IV.

CLEOPATRA SELENE REGINA AEGYPTI.

LVbens animo amplector doctum iudicium V. C. Sebaſtiani Blanchii Cimeliarchae Magni Ducis Etruriae, qui in hac Gemma caelatam cenſet anaglypho opere pulcherrimo CLEOPATRAM SELENEN, Ptolemaei Evergetis, & Cleopatrae minoris TAB. XXVI. n. V.

(1) Tacitus Annal. Lib. II. c. 64. Dio Lib. LIV. Velleius Paterculus Lib. II. n. CXII. Vide Carolum Patinum in nummis mediae magnitudinis.
(2) In Par. I. Inſcr. ant. Etr. Vrb. pag. 211. n. 52.
(3) In eadem Parte I. Tab. II. Gemma IV. pag. XLVII.
(4) Videndus L. Begerus in Theſauro Brandemburgico pag. 300., & 301., & Io. Faber in Imagines Virorum illuſtrium Fulvii Vrſini Tab. CVIII. pag. 63.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0219
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

noris eius neptis filiam , natu maximam , Ptolemaei Soteris coniugem , ac ſororem , Reginarum Aegypti quintam ; cuius imago optime reſpondet argenteo nummo Muſei Medicei , in honorem eius cuſo ; itemque numiſmatis ex aere , quae protulit Vaillantius ; in quibus , ut in hac Gemma , adſimilem capillorum cultum cum diademate praefert . Contra vero Leonardus Auguſtinius , qui primus hanc imaginem in lucem protulit , Cleopatrae Reginarum Aegypti noviſſimae adſcripſit , cui , etſi haeſitans , adſenſum tamen praebuit Maffeius Eques : (1) verum quam magnum inter effigiem utriuſque Reginae diſcrimen intercedat nemo non videt .

Sequuntur aliquot Reginarum incerta capita , quae propter ſingularem opificii elegantiam , quam praeferunt , haudquaquam praetermittenda viſa ſunt .

Gemma VIII. forſitan exhibet ARTEMISIAM Reginam Cariae , inſignis pudicitiae feminam , quae Mauſoli Regis viri ſui mortem ſublugere videtur , maerorem exprimente vultu mirum in modum .

Gemma IX. forte refert BERENICEM magnam .

Gemma X. pulcherrimam cuiuſdam Reginae Aegypti imaginem exprimit , opere anaglypho praeſtantiſſimo ; cuius caput obſervandum eſt diademate praecinctum , ſuperaddita corona , ut ita dicam , Nilotica , ex Nili , quibus affluit , calamis arundineis confecta , capillis patrio more calamiſtratis , quo etiam cultu in Aegyptiorum ſimulacris expreſſa Iſis cernitur . (2) Neque vero repugno ſi quis redimitam cenſeat corona e palmae foliis , a Taletarum corona non diſſimili , cuius meminit Apuleius in haec verba dum ſacram Iſidis pompam deſcribit : *Manu dextra gerebam flammis adultam facem , & caput decora corona cinxerat , palmae candidae foliis in modum radiorum proſiſtentibus .*

Gemma XII. forſitan exhibet imaginem ARSINOES Reginae , quae fuit filia Ptolemaei Aegypti Regis , & coniux Lyſimachi Regis Macedoniae , quae valde convenit cum aureis eius nummis , cum quibus contuli ; in iis vero laſerpitii florem in capite gerit .

PTO-

(1) Part. I. Tab. Gemmarum ant. LXXVII. pag. 88. 89.
(2) Vide in Par. I. Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium Tab. XVIII. n. III. & IV. & Par. II. Gemmarum apud Eq. Maffeium Tab. III.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0220
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

PTOLEMAEVS APION CYRENARVM REX.

HVius Regis imaginem *Cameo*, ut dicimus, inſcalptam pro- TAB. XXVI. duxit Fulvius Vrſinus Tab. CXXI. & Leonardus Augu- n. XL. ſtinius apud Eq. Maffeium Tab. XCIV. Par. I. Verum ſupra caput eiuſdem Regis, ab Vrſino allatum, cernitur laſerpitii flos, qui, ut ſcribit Ioannes Faber, & idem Auguſtinius, Cyrenaeorum eſt inſigne. In hac vero Gemma Medicei Muſei, eximia arte inſculpta, deeſt hoc ſymbolum, quemadmodum & in *Cameo* Leonardi Auguſtinii. Caput diademate inſignitum eſt, cincinnis circumquaque elegantiſſime diſpoſitis, qui etiam ſupra frontem per quoſdam gyros excurrunt. Hic Rex Populum Romanum teſtamento heredem fecit. (1)

TABVLA XXVII.

SEMIRAMIS ASSYRIORVM REGINA.

VEl SEMIRAMIDEM Aſſyriorum, vel RHODOGVNEM Perſarum TAB. XXVII. Reginam arbitrantur Leonardus Auguſtinius, & Eques n. I. II. III. Maffeius ſcalptam eſſe in Gemma I. & II. quas ipſi primum ediderunt, & illuſtrarunt. (2) Gemma III. quae omnino ſimilem imaginem praefert, nunc primum prodit, ceteraſque artificii elegantia antecellit. Rationum momenta, quae afferunt, teſtimonio ſcriptorum nituntur, qui has Reginas accurate deſcribunt, earumque memorant praeclara geſta. Valerius Maximus haec habet de Semiramide: (3) *Namque Semiramis Aſsyriorum Regina, quum ei, circa cultum capitis ſui occupatae, nunciatum eſſet, Babylonem defeciſſe; altera parte crinium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordi-*

 nem,

(1) Cicero in Oratione II. contra Rullum. Epitome Livii Lib. LXX. Iuſtinus Lib. XXXIX. Cap. V. Appianus in fine Mithrid. Euſebius in Chronicis.

(2) Vide in Parte I. Gemmarum antiquarum Tab. LXXX. & LXXXI.

(3) Lib. IX. Cap. III. Vide Iuſtinum Lib. I. Cap. I. & II. Diodorum Lib. II. 4. Aelianum var. Hiſt. Lib. VII. Cap. I.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0221
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

nem , quam totam urbem in poteſtatem ſuam redegit . Quocirca ſtatua eius Babylone poſita eſt illo habitu , quo ad ultionem exigendam celeritate praecipiti tetendit . De Rhodogune haec habet Polyaenus : (1) Ῥοδογύνη λουμένη τὰς τρίχας ἐῤῥύπτετο . ἦλθε τὶς ἀγγέλλων , Ἔθνος ὑπήκοον ἀφέστηκεν . ἡ δὲ οὐκ ἀποκρυψαμένη τὰς τρίχας , ἀλλὰ , ὡς εἶχεν ἀναδησαμένη , τόν τε ἵππον ἀνέβη . & mox : τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι σφραγὶς βασιλικὴ εἰκών ἐστιν ἀναδεδυμένη τὰς τρίχας ἔχουσα Ῥοδογύνη . *Rhodogune dum lavans crines abſtergebat , venit quidam nuncians ſubditam gentem defeciſſe ; illa non abſterſis capillis , ſed ita , ut erant , revinctis , equum conſcendit* : & mox : *unde Perſarum Regum ſigillum habet Rhodogunem diſſectis capillis praeditam* . Huius Reginae praenobilem triumphum egregie depictum deſcribit Philoſtratus in imaginibus . In ſecunda , & tertia Gemma ſceptrum , ſeu verius parazonium tenent .

His ſubiiciuntur Reginarum , ſive Heroinarum incognita ſex capita , eximia arte ſculpta ; inter quae eminet n. v. illud redimitum querna corona ; quae , quum a praeſtantiſſimis caelatoribus elaborata ſint exquiſito opificio , elegantias omnes complectuntur , quas graphices periti , & praeſtantes chalcographi vix conſequi multo ſtudio poſſunt .

In Gemma VI. obſervatu dignum eſt feminae caput altiori corona , & floribus ornata cinctum , capillis fluentibus , cuiuſmodi fere Iunonis Laciniae caput ſolet fingi in nummis KPOTΩNIATAN apud Goltium , & Maierum ; (2) cui aliud adſimile impreſſum in numiſmate ex Theſauro Fridericiano , (3) nuper edidit , & illuſtravit vir inſignis Chriſtianus Sigiſmundus Liebe , qui dubitat an caput Cotyos Thraciae Deae eſſe poſſit , de qua Aeſchylus apud Strabonem . (4)

In Gemma VII. effigiem alicuius Reginae Aegypti inſcalptam arbitror , deſumpta coniectura ex velo reticulato , quo caput eius ornatur ; nam Iſis Aegyptiorum peculiaris Dea in pluribus ſculpturis occurrit amicta veſtibus reticulato opere confectis , ad indicandam rerum omnium naturae connexionem . (5) Super caput eiuſdem Reginae cernitur Meduſae Gorgonis vultus .

TA-

(1) Lib. VIII. Strategem. Cap. XXVII.
(2) Graec. Tab. XXVIII. Calabr. Tab. VI.
(3) Cap. V. pag. 200. edit. Amſtel. MDCCXXX.
(4) Lib. X. pag. 470.
(5) Vide apud Phil. Bonarrotium Senatorem in Obſerv. in numiſm. max. m. pag. 70. Iſidem ex toreumate eburneo Muſei Carpinei ; & Cauſeum in Muſeo Rom. Tab. XXXIII. Sect. I. pag. 17.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0222
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXVIII.

FEminae caput incognitum exhibeo, cultu, decore, gravitate ſpectabile; ornatum velo, & diademate, quod Deabus, & mulieribus apotheoſi donatis tribui ſolet. Integro opere anaglypho nec prorſus rudi, nec omnino ineleganti ſcalpta eſt haec Protoma ex Achate Sardonyche, tam ſingulari magnitudine, uti conſpicitur in hac Tabula, inſignis, excepta aurea baſi, cui noſtra aetate impoſita eſt. Sculpturae modus, & comarum operoſa concinnatio, a corymbis non parum diverſa, peregrina videtur; neque, ut mea fert opinio, indicat aliquam ex feminis e Domo Auguſta; nam nulla cum ipſis conveniunt numiſmata; ſed quod veroſimilius videtur, aliquam e Syriae Reginis, conſecratam in numerum Dearum. TAB. XXVIII.

TABVLA XXIX. XXX. ET XXXI.

PRoferuntur in his Tabulis adhuc doctis viris incognita Regum, Ducum, Feminarumque illuſtrium, & Heroum capita, quae inſignia ſunt propter eximiam operum elegantiam, & Gemmarum magnitudinem. TAB. XXIX. XXX. XXXI.

In Gemma I. Tabulae XXIX. Hannonem Karthaginienſium Ducem aliqui, alii Iugurtham Numidarum Regem inſcalptum exiſtimant.

In Gemma II. eiuſdem Tabulae XXIX. expreſſum arbitrantur aliquem ex Thraciae Regibus, ex barbaro amictu; cuius caſſis Tritone ſagittas iaculante, veluti emblemate ſuo, ornatur.

Reliquae imagines, quae in eadem Tabula ſubiiciuntur, Syriae Reges referre videntur; & forſitan in Gemma IV. Antiochum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0223
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

chum ſecundum, cum qua concordant aliquo modo numiſmata. De ceteris vero, quae in ſequentibus Tabulis exhibentur, apud peritos priſcarum elegantiarum viros iudicium eſto.

TABVLA XXXII.

MELEAGER HEROS.

TAB. XXXII. n. I.

MELEAGRI, Herois fortiſſimi, interfectoris apri Calydonii, qui Ενυάλιος, hoc eſt *Martius* ab Oppiano appellatur, (1) (nam Martis aliqui, alii Oenei Regis filium arbitrantur) (2) effigiem repraeſentari crederem in hac Sarda profecto pulcherrima, eximioque ſcalptoris artificio nobiliſſima. Breve capillitium concinne criſpum, & retortum, vultus quoque auſteram quamdam praeferens venuſtatem, egregio lineamentorum ductu abſolutus, qui auream Auguſti aetatem redolere videtur, optime convenit cum marmoreis ſculpturis, & gemmis in quibus idem Meleager expreſſus eſt cum venabulo, addito inſigni caeſi capitis apri Calydonii, & cum chlamyde in humeros reiecta. (3) Ornatus ille qui hanc Gemmam, & alias ambit, additus eſt manu, & ingenio artificis haudquaquam antiqui.

THESEVS HEROS.

TAB. XXXII. n. II.

THESEVM Heroem invictiſſimum, adhuc adoleſcentem, qui Herculis ſocius fuit, gloriaque rerum geſtarum eum aequare conatus eſt, & Athenienſibus imperavit, (4) inſcalptum, ut cenſet Leonardus Auguſtinius, (5) exhibet haec Gemma elegantiſſima. Illud vero obſervatu dignum eſt, quod detonſas habet

(1) Oppianus Cyneget. Lib. II. v. 23.
(2) Vide Hygini Fab. CLXXIV., & Apollodorum in Bibliotheca, ſive Imag. Deorum Lib. I. Althaea fuit mater Meleagri.
(3) Meleagrum cum Atalanta Gemmae inſcalptum vide apud Phil. de Stoſch. Tab. LXVII. Eumdem quoque ſacra facientem ad aram ignitam, vide, ſi otium eſt, in marmoreo Sarcophago Monumenti, ſive Columbarii Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae, quem edidi Tab. IX.
(4) Memorantur ab Apollodoro Lib. III. & a Pauſania pluribus in locis.
(5) Vide apud Equitem Maffeium Par. I. Tab. LXXXVIII. pag. 101. & 102.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0224
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

bet comas, quae capiti in anteriori parte imminent, in posteriore vero valde promissae sunt, & circa collum defluentes; quibus effingendis solertissimus artifex egregio, ut cernitur, opere excelluit. Constat enim eum ex ephebis egressum iisse Delphos, & Apollini, ex veteri consuetudine, capillorum suorum primitias consecrasse. (1) Congruit etiam eidem Theseo, quem pulcherrimum fuisse memorant, (2) insignis formae praestantia, primaeque iuventae floridum decus, quod affabre expressum est a scalptore in hac Gemma.

HYACINTHVS.

CAesariem fronti imminentem, & circumfusam, Fluminibus, aut Diis offerri solitam, quae πλοκμὸς, aut σκόλλυς nominabatur, ut observat Iulius Pollux, (3) Thesei comae similem, abrasam deferre videtur & hic adolescens formosissimus, quem HYACINTHVM esse arbitratur idem Augustinius; e cuius Cimeliis recondita est in Medicea Dactyliotheca haec Gemma eximii operis. (4) Pervulgata est apud omnes Hyacinthi fabula; quem Apollo, captus eius amore, quum ad Eurotae ripas in Sparta disco certaret, imprudens occidit; impellente discum in caput eius Zephyro, qui & ipse eodem tempore eum maxime deperibat, sed reiiciebatur a puero; qui extinctus mutatus est ab Apolline in feralem florem, (5) cui nomen fecit. (6) Caput eius regio diademate cinctum est; nam filius fuit natu minimus Amyclae Regis Spartanorum. (7) Genae prima florent lanugine, quemadmodum describitur a Nicandro. (8) Similis est haec imago alteri, quae exhibetur ex Gemma apud Fulvium Vrsinum Tabula LXXIV. TAB. XXXII. n. III.

LEAN-

(1) Ex Plutarcho in eius vita in principio.
(2) Ex eodem Apollodoro Lib. III. Biblioth.
(3) Lib. II. Cap. III. n. 30. Excedentes ex ephebis pueri, comas quas aluerant, Apollini, vel Aesculapio, vel Fluminibus, vel patriis Diis consecrabant. Huiusce moris meminit Homerus Iliad. Lib. XXIII. Euripides in Bacch. Virgilius Aeneid. Lib. VII. v. 391. Catullus in Galliamb. Carm. LXII. Confer, si plura in hanc rem cupis, Phil. Bonarrotium Senatorem in Observat. in Vasa vitrea Coemeter. Tab. XXVI. pagg. 176. 177. item Fabrettum in Tab. Iliadis pagg. 334. 335.
(4) Augustinus apud Eq. Maffeium, quem vide in Par. I. Tab. LXXXIX. pag. 103.
(5) Hic flos sculptus in defunctorum sepulcris cernitur. Hyacinthis sparsa Deorum Manium sepulcra docet Propertius Lib. IV. Eleg. VII. v. 53. Athenaeus Deipnosoph. Lib. XV. pag. mihi 679.
(6) Vide Lucianum in Dialog. Mortuorum in Mercurio, & Apolline; Ovidium Metamorph. Lib. X. Palaephatum de incredibil. Histor. Philostratum in Icon. Lib. I. pag. mihi 860. Pausaniam in Laconicis. Cap. XIX. Hesychium in ὑακινθία.
(7) Ex Pausania in Lacon. Cap. I. Lucianus loco suprascripto patrem ei adsignat Oebalum, quemadmodum etiam Ovidius.
(8) In Theriacis, quem citat Nat. Comes Mythol. Lib. IV. Cap. X.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0225
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

LEANDER.

TAB. XXXII. *n. IV.*

NAtantem per maris undas, & ad amatam Heronem magno cum periculo, & labore noctu euntem LEANDRVM praefert haec Gemma eleganti artificio inſcalpta. Capilli aquis madentes egregie ſculpti ſunt. Fabula vel pueris nota explicatione non indiget. (1) Meduſae capita, quae in hac Tabula ſubiiciuntur, cum ceteris ſequentis Tabulae aliquibus obſervationibus illuſtrantur.

TABVLA XXXIII.

MEDVSAE CAPITA.

T. XXXIII. HAec MEDVSAE GORGONIS capita ex compluribus aliis Gemmis, quae viſuntur in Mediceis Cimeliis, ſelecta ſunt, quae tum ob ſingulare ſcalptorum opificium, tum ob inſignem magnitudinem ceteris antecellunt. Summo ſtudio, ac labore inter ſe certarunt inſignes artifices ſtatuarii, cruſtarii, eborarii, ſigillariarii flatores, ac lithographi, ex quibus praeſtantiſſimi Solon, & Soſocles, ut Meduſae caput anguibus crinitum, horrore ipſo ſpectatu pulcherrimum, faberrime exprimerent. (2) In ſingulis hiſce Gemmis aliquod in artificio diſcrimen obſervari poteſt; nam haec puella, Phorci filia, capillorum mira pulchritudine, ſummaque oris venuſtate maxime praedita, (qua tantum valuiſſe ferunt ut intuentes homines lapideos facere poſſet) (3) vel ſculpta eſt, reciſo iam iam capite, maeſtiſſimo vultu, vel exſpiranti ſimilis, ſemihianti ore, paulatim ſe ſe claudentibus oculis, ac denique moribunda, qualis cernitur in Gemma v. ſupe-

(1) Luculenter, atque eleganter deſcribitur ab Ovidio in Epiſtolis Heroicis.

(2) Admirando opere Meduſam in Gemmis ſcalpſere Solon, & Soſocles, quos certatim exprimere conati ſunt reliqui artifices. Eorum opera vide apud Philip. de Stoſch Tab. LXIII. & LXV.

(3) Ex Pauſania in Corinth. Cap. XXI. in Boeot. Cap. XXXIV. Ovidio Lib. IV. Metamorph. Tab. IX. in fine. Adeundus Nat. Comes Mytholog. Lib. VII. Cap. XI. Vide etiam Hygini Poet. Aſtronom. n. XII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0226
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſuperioris Tabulae XXXII. quae licet ſcalptoris nomen non praeferat, tamen haud profecto vividius, atque excellentius effingi poterat; vel cernitur quaſi ſomno ſopita, ut in Gemma VI. eiuſdem Tabulae: nam veteres Mythologi (1) memorant Gorgonas iuxta Oceanum dormientes a Perſeo deprehenſas fuiſſe, tantumque Meduſae, (quam mortalem tradunt) caput amputatum ab eo fuiſſe, Minervae potiſſimum praeſidio, cuius templum eadem paſſa vim ſibi inferri a Vulcano violaverat: vel tandem occurrit interdum blando, interdum horrifico vultu, contractis immaniter ſuperciliis, oculis valde latis atque apertis; vel torvo, ac truci obtutu, ut in ceteris quoque Gemmis Tabulae XXXIII. cernitur; obrigentibus vario modo ad terrorem incutiendum vipereis capillis, vel erumpentibus hinc inde circa tempora, vel circa alas, quas aureas ei fuiſſe perhibent, (2) vel ſupra frontem in plures ſpiras anguibus, caudis ſub mento religatis. (3) Etruſci Meduſae Gorgonis capiti tum volucrum, tum etiam draconum alas aptarunt, ut eorum monumenta oſtendunt. (4)

Hoc Meduſae capite uſi ſunt veteres, praeſertim vero Imperatores, ac milites, veluti favorabili amuleto, geſtaruntque illud libenter, quod crederent ſecuritatem praeſtare in adverſis, magnaque vi pollere ad abigenda pericula. (5) Diis quoque Manibus, ſive defunctis tutelam, & quietem praebere contra violatores cenſuerunt; quare eius imago inſculpta cernitur in ſepulcris non modo Graecorum, & Romanorum, (6) verumetiam Etruſcorum, qui in his Meduſam cum Furiis coniunxerunt, (7) eique diadema (an alii id fecerint latet) uti Reginae dederunt. (8) Matronae Gemmis iiſdem Gorgonum capitibus exſculptis monilia ornare conſuevere. (9) Iiſdem etiam ſcamna, ſedes ianuas, & vaſa veteres ornarunt. (10) Statius auream pateram deſcribit, qua Diis libationes fiebant, in qua caelata Meduſa oculis gravibus, & languentibus. (11)

(1) Apollodorus Biblioth. ſive Deorum imaginum Lib. II. Cap. IV. Palaephatus de incred. Hiſt. n. XXXII. Heraclitus de incred. n. I.
(2) Apollodorum vide Bibl. Lib. II. Cap. IV.
(3) Qualem a Virgilio deſcriptam memorat Servius quatuor verſibus, Aeneid. Lib. VI. v. 289. quos ait ſublatos ab Virgilianis emendatoribus.
(4) Vide ad finem Lib. VI. Etruriae Regalis Th. Dempſteri pag. 447. Quid alae Gorgonum ſignificent explicat Cl. Bonarrotius poſt Obſerv. in Vaſa Cocmeter. in Dipt. Romuli pag. 238.
(5) Confer Lucianum in Dialogo, qui Φιλόπατρις inſcribitur.
(6) Vide in Columbario a me edito Tab. XI. pag. 110.
(7) In fine Explic. Senat. Bonarrotii ad Mon. Etruſca pag. 110.
(8) In Dempſteri Opere Tom. I. Tab. VIII. pag. 78.
(9) Ex Statio Lib. II. Theb. Vide eumdem Bonarrotium Senat. in Obſervat. in numiſm. max. m. pag. 50. & 51.
(10) Idem Sen. Bonarrotius ibidem.
(11) Thebaidos Lib. I. ex recenſione Crucei pag. 48.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0227
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXXIV.
XXXV.

HERCVLIS IMAGINES.

HERCVLES magnus, atque invictus, (1) qui tantus ac tam praesens Deus habitus est, (2) hanc Regum, & Heroum seriem absolvit & ipse Heros, & Rex, (3) consecratus post mortem, & a Minerva in Deorum consortium deductus. (4) Quantum ingenio, & studio laborarint veteres summi artifices in exprimendo eius vultu, quantaque arte insudarint in effingendis eius aerumnis, nemo est qui ignoret. Id quoque luculenter declarant hae Tabulae, quae ornatae sunt eius imagine, rerumque ab eo gestarum historia. Plena res est voluptatis cernere eius effigiem per varios aetatis gradus singulari atque eximio scalptorum artificio mirifice expressam in his Gemmis, quae ex pluribus aliis veluti praestantiores selectae sunt.

Hercules vel adolescens pubescentibus iam prima lanugine malis, vel iuvenis, vultu succulento, magnique vigoris, & virtutis pleno in pluribus Gemmis exhibetur; qui, ut legitur in votivis Tabulis eius numini dicatis, etiam in primo aetatis flore ob insignes eius labores appellatus est POLLENS & POTENS. (5) Cernitur etiam virili, vel ad senium vergente aetate, tonso capillo, valde brevi, ac crispo; barba vario modo efficta, densa quidem, hispida, atque impexa, ut ex ea argui facile possit, nullam sui corporis curam habuisse; (6) mento veluti rictu prominente, uti describitur a Cicerone, ex aereo eius simulacro posito in templo Agrigentinorum. Oculi grandes sunt, e quibus igneum splendorem effudisse scribit Apollodorus. (7) Collum val-

(1) Frequenter occurrunt haec cognomina Herculis in antiquis inscriptionibus, quas vide apud Gruterum pagg. CXXXIV. CCCXV. 7. 8. 9. 10. MLXX. 2.
(2) Ita de Hercule Cicero in Lib. IV. Tuscul. Quaest.
(3) Hoc cognomine salutatur in Hymnis, qui Homero tribuuntur, & inscribitur in ara, quam edidi ex Collectaneis Io. Baptistae Donii Classe I. n. 95. Vide etiam de hoc Deorum epitheto praestantissimi viri Ezechielis Spanhemii Observationes in Hymnum Callimachi in Dianam pag. 325.
(4) Ex Apollodoro in Bibl. Lib. II. Pausania in Laconicis Cap. XVIII. pag. 255. & ex aliis auctoribus.
(5) Vide in Gruteriano Thesauro pagg. L. 3. CCCXV. 7.
(6) Lib. II Biblioth. Herculei corporis habitum describunt apud Clementem Alexandrinum in Admonitione ad Gentes Hieronymus Philosophus, & Dicaearchus pag. mihi 19.
(7) In Biblioth. sive Imag. Deorum Lib. II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0228
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

valde latum eſt, & praepingue; humeri, ut cernitur in Gemma IX. exiimii operis in Tabula XXXIV. magni, & athletici; ex quibus membrorum firma, ac ſolida compages, totiuſque toroſi corporis vires, & praeſtantia facile intelligi poteſt.

Caput eiuſdem Herculis in pluribus Gemmis vel nudum eſt, vel tectum terribilis leonis Nemeaei rictu, & exuviis, quibus pro galea uſus eſt, & humeros munivit. (1) Nec deeſt etiam aliud eximium capitis decus, nempe diadema, & corona, quae vel lanea eſt, qua quidem ornatus cum in gemmis, tum in anaglyphis e marmore, quae eius labores exhibent, obſervari poteſt; vel laurea, qua inſignitum eius ſimulacrum apud Thebanos memorat Pauſanias; (2) vel oleaginea, ut cernitur in Gemma VI. Tab. XXXIV. quam Hercules, ut ferunt, Idaeus, honoris, & praemii cauſa accepit, eademque Iolaum aurigam ſuum redimivit in ludis Olympicis victorem, quos capta Elide urbe inſtituit, atque in his ΠΡΩΤΟΣ ΑΓΩΝΙΣΤΗΣ, ut in antiqua Tabula Muſei Farneſii dicitur, certavit, & vicit. (3) Memorat quoque idem Pauſanias Herculem de lucta, & pancratio coronas accepiſſe. Oleaſtri ſertum, quod athletis victoribus dabatur, (4) idem Hercules invenit, allata arbore ab Hyperboreis; (5) quae arbor iuxta Herculem ſculpta eſt in Florentino marmoreo anaglypho, quod vulgavimus. (6)

In Gemma VIII. Tab. XXXIV. Herculis *Bibacis* caput occurrit, (7) multo artificio inſcalptum Sardae, atque ut cernitur, revinctum hederacea corona, quam primus omnium Liber Pater invenit, & capiti ſuo impoſuit; (8) qua etiam, ut nemo ignorat, ex eius famulitio Bacchantes, & Sileni coronati inducuntur. Oculi Herculis, quales ebriis eſſe ſolent, emiſſicii apparent, & Bacchico furore correpti. Memorant enim Herculem adeo multibibum, ac voracem fuiſſe, ut Lepreum, a quo ad compotationem provocatus fuerat, uter plus biberet, longe ſuperaverit. (9) Aliam quoque coronam, Baccho gratiſſimam, e pampinis, & uvis conſertam, capite gerit Hercules; cuius ſimu-

(1) Apollodorum vide Lib. II. Bibl.
(2) In Boeotic. Cap. X.
(3) Ex Pauſania Lib. V. Cap. VIII. Hanc edidi ex Donianis Collectaneis Claſſe I. n. 98. pag. 33.
(4) Vide etiam in eodem Lib. V. Cap. XV. Ariſtophanem in Pluto; Pindarum Olymp. Ode III. ubi etiam confer antiquum Scholiaſtem; Plinium Lib. XVI. Cap. XLIV. Statium Theb. VI. Ovidium Lib. IV. Eleg. ult. de Triſt.
(5) Ex eodem Pindari Scholiaſte in Od. III. Olymp.
(6) In Par. I. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium pag. 185.
(7) Vide Macrobium Saturnal. Lib. V. Cap. XXI.
(8) Plinius Lib. XVI. Cap. IV.
(9) Ex Athenaeo Deipnoſoph. Lib. X. pag. mihi 410. & ex Macrobio Saturnal. Lib. V. Cap. XXI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0229
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

lacrum exhibet Cauſeus in Muſeo Romano. (1) Apud Erythraeos memoratur Hercules cognomento Ἱποκτόνος, *ipes interimens*, quod nempe ἵππας ἀμπελοφάγας, *vermes vitium arroſores* ab eis fugaverit, auctore Strabone. (2) Tonſuri comam, ut ex Athenaeo liquet, (3) Herculi magnum poculum vino plenum offerebant, quod οἰνιστηρίαν vocabant, & poſt libationem, iis qui convenerant, bibendum dabant.

Querna quoque corona cernitur redimitum caput Herculis in Gemma XI. eiuſdem Tab. XXXIV. quae eminet ſcalptoris inſigni artificio, & eximia magnitudine. Quercus, quae Iovi, (4) Baccho, (5) & Cereri ſacra eſt, (6) Herculi etiam convenit ob invictum animi robur, ſummamque virium animi, & corporis praeſtantiam, (7) vel tamquam Deo ΣΩΤΗΡΙ, (8) *Servatori*, atque ut legitur in antiquis inſcriptionibus, *Conſervatori*, & *Defenſori*, (9) qui luſtrato terrarum orbe immania monſtra delevit, ſceleſtos homines interemit, genuſque humanum ſervavit, & optatae ſecuritati, ac tranquillitati reſtituit. In Ponto circa Heracleam memorat Plinius, (10) fuiſſe aras Iovis Stratii cognomine, ibique quercus duas ab Hercule ſatas; hinc facile eſt ei quernas coronas dedicatas fuiſse, quod quercus ei maxime grata cenſeretur.

Spectatur tandem in Gemma XII. Tabulae XXXV. Hercules populeo ſerto coronatus. Albam populum ipſe primus omnium in Theſprotide ſecus amnem Acherontem reperit, eiuſque ramis coronatus Acheruſiam tranſnavit paludem, & ab inferis rediit, ut apud Pauſaniam memoriae proditum eſt. (11) Eam quoque arborem e Theſprotide primus in Graeciam attulit, quae ea de cauſa gratiſſima ei fuit, (12) atque in eius tutela, (13) magnoque apud cultores eius in honore; praeterquamquod ipſum Herculem crediderunt, Iovi Olympio ſacra facientem, non aliis quam ex alba populo lignis victimarum femora cremaſſe; patriumque mo-

(1) Sect. II. Tab. XXXI. pag. 54.
(2) Lib. IX. Vide Euſtathium in Lib. A. Iliad. n. XLV.
(3) Deipnoſophiſt. Lib. XI. pag. 494. Confer Iac. Philippum Tomaſinum de Donariis Cap. XI. pag. 87.
(4) Pauſanias in Arcad. Cap. XXIII.
(5) Ex Euripide in Bacchis.
(6) Virgilius Georgic. Lib. I. v. 349.
(7) Vide Pierium Valerianum Lib. LI. de Quercu.
(8) Ex Dione Chryoſoſt. Orat. I. pag. 17. Qui nam ſint Dii Σωτῆρες vide Ez. Spanhemium in Callimachi Hymnum in Dianam pag. 308. Hoc cognomine paſſim Auxiliares Dii appellantur in antiquis inſcriptionibus.
(9) In Gruteri Theſauro XLV. 9. 11. 12. 13. In Donianis a me editis Claſſe I. n. 99.
(10) Lib. XVI. Cap. XLIV.
(11) Eliacor. Prior. Cap. XIV. pag. 410. & 411. Servius in Virgilii Eclogam VII. v. 61. Plinius Lib. XII. Cap. I. Vide etiam Nicolaum Leonicum de varia Hiſtoria Lib. II. Cap. LXI.
(12) Virgilius Ecl. VII. v. 61.
Populus Alcidae gratiſſima, vitis Iacchо,
Formoſae myrtus Veneri, ſua laurea Phoebo.
(13) Phaedr. Lib. III. Fab. XVII. ex editione doctiſſimi Petri Burmanni pag. 157.
Olim, quas vellent eſſe in tutela ſua,
Divi legerunt arbores. Quercus Iovi,
Et myrtus Veneri placuit, Phoebo laurea,
Pinus Cybebae; populus celſa Herculi.
Id etiam Theocritus adfirmavit Idyll. II. v. 121.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0230
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

morem hinc ſervatum ab Eleis memorant, ex alba dumtaxat populo caedendi ligna ad ſacrorum Olympicorum uſum. Huc reſpiciens Homerus (1) ob eam cauſam a fluvii nomine ubi libenter naſcitur, albam populum *Acheronticam* cognominavit. Homerica Scholia notant hac populo Herculem ſe coronaſſe devicto Cerbero; eaque uſum libenter docet Servius (2) ob duplicem foliorum colorem, quibus geminos labores ſuperorum inferorumque teſtatus eſt.

Ad imitationem Herculis Heroes multis perfuncti laboribus populeam coronam ſumere conſueverunt. (3) Vetuſtiſſimo ritu miniſtri quoque Herculis Salii populo redimiti ſacra eidem faciebant, in duos choros diſtincti, ſenum, qui tantum voce laudes Herculis exſequebantur; iuvenum qui geſtu corporis facta eius monſtrabant. De his Virgilius. (4) Praeter has coronas apium Herculi tribuit Tertullianus. (5) Victores in Nemeaeis certaminibus, quae idem Hercules inſtituit, corona ex apio viridi donabantur. (6) De corona radiata, & e ſtellis compoſita, quam gerit idem Hercules inciſus in Gemma Medicei Muſei, nonnulla inferius notabimus.

Inter has imagines plures ſunt, quae non ipſum Herculem referunt, ſed vel aliquos ex Heraclidibus, vel viros Herculis gloriae cupidiſſimos, qui eodem cultu, operto capite leoninis ſpoliis ſculpi voluere; quod, ut paucos nominem, ab Alexandro Magno, (7) & ab Imperatore Commodo, qui Hercules Romanus credi voluit, ſuperius factum oſtendimus. Diverſos ab Herculis effigie vultus obſervare facile quiſque poteſt in Tabula XXXIV. in Gemma IV. & V. item in Tabula XXXV. in Gemma VII. VIII. & IX.

Priores ſex Gemmae, quae in eadem Tabula XXXV. exhibentur, Omphalem repraeſentant, de qua inferius.

TA-

(1) Iliad. Lib. N. v. 389. & Lib. Π. v. 482.

(2) Servius in praenotatum Virgilii locum Ecloga VII. v. 61. de qua arbore fabulam narrat.

(3) Vide Turnebum Lib. II. Cap. XXVI. Paſchalium de corona Lib. IV. Cap. II. & Meurſ. arbor. ſacr. Cap. VI.

(4) Aeneidum Lib. VIII. v. 285.
Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum
Populeis adſunt evincti tempora ramis;
Hic iuvenum chorus, ille ſenum; qui carmine laudes
Herculeas & facta ferant.
Ad hos verſus vide Servium, & ceteros enarratores; & Macrobium Lib. III. Saturnal. Cap. XII.

(5) In Libro de Corona. Vide Raph. Fabrettum de Columna Traiani Cap. VI. pag. 174. & 175.

(6) De hac corona luculenter diſſerit vir diſertiſſimus Benedictus Averanius Diſſert. VI. in Anthologiam.

(7) Clavam quoque geſtaſſe Alexandrum Magnum docet Athenaeus Deipnoſoph. Lib. XII. pag. mihi 537. quem vide; nam & alia Deorum inſignia, & veſtes ſacras in conviviis geſtaſſe, vel quum curru vectaretur, memorat ex Ephippo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0231
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXXVI. XXXVII. XXXVIII. ET XXXIX.

HERCVLIS LABORES.

EXhibetur in Gemma I. Tab. XXXVI. & in Gemma I. & II. Tab. XXXIX. Hercules infans octo, (1) vel decem menſibus natus, (2) in pedes erectus, vel genu adſurgens, utraque manu binos angues ſpiris horrentes ſeque circumplectentes ſuffocans. Dormiente eo cum Iphiclo fratre in cunis, noctu immiſiſſe fertur Iuno, ſeu Amphitryon, ut vult Pherecydes, ſerpentes inuſitatae magnitudinis, infantes perdituros, vel indicaturos uter filius eſſet Iovis ex Alcmena genitus: verum Iphiclus eorum adſpectu terrore perculſus in fugam ire conatus eſt, editoque gemitu ſe Amphitryonis filium prodidit; Hercules vero, certa Iovis proles, immotus utraque manu ſerpentes compreſſit, neque eos reſpiciens, (3) uti egregie ſculptus eſt in his Gemmis, ridens necavit; poſtea quoque extinctos doluiſſe ferunt, quod ludere cum illis amplius non poſſet. (4) Rem omnem egregie pictam oculis ſubiicit Theocritus. (5)

Quod vero animadverſione dignum eſt in Gemma Medicea I. Tab. XXXVI. Hercules dracones ſtrangulans, ſubiectum delphinum calcat; quem qua ratione ei veteres tribuerint pedibus conterendum, exquirendum eſt: nam nec Pauſanias, (6) qui eiuſdem Herculis pueri angues enecantis ſimulacrum vidit apud Athenienſes, nec Plinius qui eumdem pictum a Zeuxi memorat, (7) nec alii auctores delphini ab Hercule infante pedibus compreſſi meminerunt. Extra dubitationis aleam eſt his animantibus,

(1) Hanc aetatem ei tribuit Apollodorus in Bibliotheca Lib. II.
(2) Theocrito autore in *Herculiſco*.
(3) Martialis Lib. XIV. Epig. CLXXVII.
Elidit geminos infans, nec reſpicit, angues.
(4) Statius Silvar. Lib. III. de Hercule Surrentino.
Parvus adhuc, ſimiliſque ſui cum prima novercae
Monſtra manu premeres, atque exanimata doleres.
In hanc rem Sidonius Epithal. Ptolem.
Parvulus hic gemino cinctus ſerpente novercae,
Inſetus arridet monſtris, ludumque putando,
Inſidias, dum neſcit, amat: vultuque dolenti,
Extingui deflet, quos ipſe interfecit, angues.
Vide Virgilium Aeneid. Lib. VIII. v. 288. eumque in locum Servium. Claudianum de Laudibus Herculis. Ovidium in Deianira, Senecam in Hercule Furente Act. II. Egregie quoque deſcribitur & a Gallo Poeta in veteri epigrammate Lib. IV. in Anthologia. V. Apollodorum in Biblioth. Lib. II. veteres Mythologos, & Nat. Comitem Lib. VII. Cap. I.
(5) In Idyll. quod ΗΡΑΚΛΙΣΚΟΣ inſcribitur.
(6) In Atticis Cap. XXIV.
(7) Lib. XXXV. Cap. IX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0232
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tibus, hoc eſt ſerpentibus terram, & delphino mare deſignari. Herculem utrobique magna, & mira feciſſe compertum eſt. Oceano emenſo Solis phiala, qua a Nereo donatus fuerat, ea uſus pro navigio, ad Erytheam navigavit; coortaque tempeſtate, contra Oceanum arcum intendit. (1) In Colchos uſque navigavit, & Argonautarum dux fuit. (2) Nymphas Oceani de aureis pomis auferendis conſuluit. Devictis Amazonibus rurſum navigavit, & Troiam appulit, quae quum ira Apollinis, & Neptuni vexaretur, Heſionem virginem, Laomedontis filiam, expoſitam ceto, ut devoraretur, oraculi monitu, ad patriae peſtem avertendam, invicto animi robore, occiſo ceto, liberavit. (3) Ad haec complures Neptuni filios, quos memorat Apollodorus, occidit vel contumelioſos, vel ad luctam audacter eum provocantes. Aquarum quoque apud Troezenios, & Pheneatas eductor, ac repertor Hercules memoratur; (4) quem etiam prope Tritonidam paludem ſiti laborantem, pulſata ictu pedis petra, large aquam erumpere feciſſe fabulatur Apollonius Rhodius. (5) Quare ſculptum arbitror Herculem in hac rariſſima Gemma angues, & delphinum comprimentem ad oſtendendam eius virtutem terra marique tot geſtis rebus, emenſiſque feliciter magnis periculis celebrem. De eius imperio terra marique propria virtute parto libet Luciani ad hanc Gemmam illuſtrandam opportunum locum afferre, apud quem Cynicus ita ait: (6) Ἦ νομίζεις τὸν Ηρακλέα, τῶν πάντων ἀνθρώπων ἄριστον, θεῖον δὲ ἄνδρα, καὶ θεὸν ὀρθῶς νομισθέντα, διὰ κακοδαιμονίαν περινοστεῖν γυμνὸν, δέρμα μόνον ἔχοντα καὶ μηδενὸς τῶν αὐτῶν ἡμῖν δεόμενον; ἀλλ' οὐ κακοδαίμων ὢν ἐκεῖνος, ὃς καὶ τῶν ἄλλων ἀπήμυνε τὰ κακὰ οὐδ' αὖ πένης, ὃς γῆς καὶ θαλάττης ἦρχεν. Hoc eſt: *An Herculem putas omnium hominum praeſtantiſſimum, quippe divinum virum, Deumque recte creditum, miſerum tunc fuiſſe, quum circuiret nudus, pelle dumtaxat indutus, harum rerum noſtrarum nihil deſiderans? At ille miſer profecto non fuit, qui miſeriam ab aliis propulſabat; neque rurſus pauper, qui terra marique dominabatur.* Cernitur eodem modo in pluribus antiquis monumentis ſculptus Neptunus cum delphino vel pedibus ſubiecto, vel in manibus exſi-

(1) Vide Apollodorum Bibl. Lib. II. & Athenaeum Deipnoſoph. Lib. XI. Cap. V. & Nat. Comitem Myth. Lib. III. Cap. I.
(2) Ex eodem Apollodoro ibidem.
(3) Conſule praecitatum Apollodorum ibidem; Hyginum Fab. LXXXIX. Palephatum de Incredibilit. Lib. I. Vide L. Begeri Spicilegium Antiquit. pag. 154. & 157. 158.
(4) A Pauſania in Corinthiis Cap. X. & in Arcadicis Cap. XIV. Vide Fabrettum de Col. Traiani Cap. VI. pag. 174. 175. 176. & de Aquis, & Aqueductibus Differt. II. pag. 101.
(5) In Argonaut. Lib. IV. v. 1441.
(6) In Cynico Tom. III. pag. mihi 815.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0233
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

exſiſtente, ad ſignificandum maris imperium: Herculi vero infanti idem datus tamquam futurae virtutis praeſagium. (1) Herculis puſilli templum magna cultorum frequentia celebre Romae fuiſſe, non longe a Porta Capena, memorat Martialis. (2)

Stat Hercules, ut cernitur in Gemma II. eiuſdem Tab. XXXVI. Olympicorum certaminum inſtitutor, primuſque omnium victor, ipſo iuventae flore conſpicuus, capiti ſuo coronam ex oleaſtro, quam primus invenit, imponens; ipſe ſuae virtutis cognitor, & ad meritos honores occupandos aequus iudex. Eodem modo Hercules, qui ΘΑΛΛΟΦΟΡΟΣ, & *Olivarius* dictus eſt, (3) ſe coronans cernitur in poſtica numiſmatis maximi moduli L. Aurelii Veri Imperatoris, ſtatque medius inter aram ignitam, & arborem oleaſtrum. (4) Poſt pugnam vero cum Antaeo, ſpectantibus Diis, Herculem Mercurius coronavit. (5)

Spectatur & in Gemma III. eiuſdem Tabulae Hercules iuvenis, gradiens, arcum, & clavam tenens; veluti ad pugnandum praeſtandumque auxilium paratus: hinc Βοηθὸς *Auxiliator*, (6) & Πρόμαχος *Propugnator* dictus eſt a Thebanis, (7) confoſſis Gigantibus, interfectiſque ſceleratis hominibus, & Tyrannis.

Praecipua Herculis arma fuere clava, quam alii ex olea, alii ex oleaſtro, alii ex robore fuiſſe, eamque ſibi comparaſſe caeſam in Nemeaea ſilva tradunt. (8) Eximiae magnitudinis, & ponderis eam fuiſſe complures Gemmae oſtendunt, ac praeſertim ea quae relata eſt n. v. in Tabula XXXVIII., quam quatuor Genii magno niſu attollere conantur, alio Genio ex cratere vinum bibente; quo, ut arbitror, validior factus ad tantum opus ſuſcipiendum aequis viribus contendere poſſit. Aeneae quoque clavae in uſu antiquitus fuere; nam Grationem Diana, Agrium Parcae, & Thoonem Gigantes aeneis clavis pugnantes contudiſſe memorantur, ut docet Apollodorus. (9)

In eadem Gemma v. Tab. XXXVIII. plures conſpiciuntur pharetrae oblongioris formae, oriſque anguſtioris ſuſpenſae, pendentibus leoninis exuviis. Pharetra, quae in pluribus ſculpturis Herculis geſta exhibentibus vel humi poſita, vel arboribus appenſa cernitur, non raro ſuperne aperta eſt, vel clauſa, tripli-

(1) Conſer Valeriani Hieroglyph. Lib. XXVII. de Delphino.
(2) Lib. III. Epigr. XLVII.
(3) Vide Gruteurm p. XLIX. I. & P. Victorem in Reg. XI.
(4) Vide Phil. Bonarrotium Senatorem Tab. VI. pag. 79.
(5) Ex Philoſtrato Icon. Lib. II. pag. 816.
(6) Apud Dionem Chryſoſtom. Orat. I. pag. 17.
(7) Ex Pauſania in Boeotic. Cap. XI.
(8) Ex Apollodoro Biblioth. Lib. II. Vide etiam Hieronymum Alcandrum Iuniorem in Tabulam Heliacam, qui plura erudite de Herculis clava, pag. mihi 51.
(9) Lib. I. ibidem. In Epigr. Anthol. Lib. IV. Cap. VIII. n. 17. Κτέρος μέγας *magnus, ingens ramus* Herculis appellatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0234
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

plicemque habet figuram vel rotundam, vel quadratam, vel triangularem, quasi inversum Graecum Delta referat. Deficientibus telis usum quoque accensis torribus, & saxis Herculem memorant, quae magna copia ei Iovem obtulisse ferunt ut hostes fugaret. (1)

Quamvis vero Hercules frequentius sculptus sit cum clava, arcu, & pharetra sagittis referta, constat tamen in bellis, quibus praefectus fuit, aliis quoque armis usum fuisse; nam memoriae proditum est ensem a Mercurio, ab Apolline sagittas, a Vulcano thoracem aureum, & a Minerva peplum accepisse. (2) Signum Herculis ΩΠΛΟΣΜΕΝΟΥ *Armati*, propter pugnam cum Hippocoonte, & eius liberis, laudat Pausanias, positum apud vicum Sebrium, prope eius moenia. (3) In eius tutela arma veteres esse voluerunt, eumque armorum custodiae praefecerunt; quare tum in nummis, tum in vetustis marmoribus ΟΠΛΟΦΥΛΑΞ *Custos armorum* appellatur. (4) Eidem quoque arma victores dedicarunt, ut colligi potest ex Arriano, (5) qui narrat navem Tyriam ab Alexandro Magno consecratam fuisse, positumque in templo eius tormentum, quo muros demolitus fuerat.

Nudus incedit Hercules, & quidem frequentius aperto capite, clavam deferens super humerum. Dum stat, eidem clavae nititur, vel fessus laborum magnitudine super eam quiescit, ut conspicitur in Gemma v. Tab. XXXVI., cui omnino similis est colossea eiusdem Herculis statua marmorea, insigne Lysippi opus, quae visitur Florentiae in Aedibus Magni Ducis Etruriae.

Ramusculus foliis destitutus, sculptus prope Herculem iuvenem in Gemma IV. Tab. XXXVI. forsitan eius aerumnam indicat; qui, ut memorat Pausanias, (6) in Elide in septo, quod Xystus athletarum dictum est, ad laborum patientiam quotidianis exercitationibus se confirmans, sentes omnes evellit, & eradicavit, qui eo in loco pullulaverant.

Senio proximus Hercules observandus est in perrara Gemma VI. Tab. XXXVI. qui erecto corpore, non acclini, ut Venus fingitur, pudenda sua abscondit manu reducta. Hoc Her-

(1) Consule Apollodorum Biblioth. Lib. II. Auctoritate Aeschyli in Prometheo, Strabonis Lib. IV. & Hygini Lib. Astronom. Hinc Herculem Saxanum cognominatum censet Hier. Aleander iunior. in Tab. Heliacam pag. 41.
(2) Ex eodem Apollodoro Biblioth. Lib. II.
(3) In Laconicis Cap. XV.
(4) In antiqua inscriptione inter Marm. Oxonienfia pag. 265. quam etiam exhibet Reinesius in Syntagm. Cl. I. n. LXXII. Ita quoque appellatus in nummis Smyrnaeorum. Vide Ez. Spanhemium in Callimachi Hymnum in Dianam pag. 366.
(5) Lib. II. de Alexandri expeditione.
(6) In Eliac. poster. Cap. XXIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0235
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

culis ſenio confecti, & omnino nudi ſimulacro veteres declararunt in hieme infirmam eſſe, ad excitandam rerum omnium generationem, Solis virtutem: nam in Hercule, per varios aetatis gradus expreſſo, Solem, perpetuumque eius excurſum deſignare voluerunt Ethnicae Theologiae antiqui auctores, ut perſpicue oſtendit Macrobius. (1) Pudore aliquando adfectum Herculem narrant, (2) quum ſine ſubligaculis eſſet, Paſſalum, & Achemonem inhumanos homines, qui ei dormienti ſacculum ſubripere conati fuerant, ligatis ſimul amborum pedibus humero ſuſpendiſſe: qui, quum ita ſuſpenſi pudenda eius & nates vidiſſent, memores dicti matris, riſerunt; quod ſentiens Hercules, eos dimiſit.

Ad inſignes Herculis labores, multorum quoque Poetarum tum Graecorum, tum Latinorum carminibus celebres, (3) nunc gradum facio; qui quum duodecim fuerint, ad Solem ſigniferi circuli domicilia toto anni tempore percurrentem referri diſerte docent Porphyrius, & Macrobius. (4) Hos labores ei imperavit Euryſtheus Mycenarum Rex, cui totidem annos ſervivit, monitus oraculo Delphici Apollinis. (5) Singulas aerumnas Herculem narrantem ſedulo audit idem Euryſtheus, ſaxum altero pede ſublato premens, caput & mentum cubito ſuo ſuffulciens, ut cernitur in Gemma VIII. Tab. XXXVI. Ad columnam colloquuntur; nam Euryſtheus cognitis Herculis viribus, ipſum urbem ingredi poſtea numquam permiſit; ac pro portis res ab ſe geſtas oſtentare praecepit.

Prima aerumnarum omnium, iuxta Apollodori enumerationem, quem ſequor, (6) fuit Nemeaei Leonis invulnerabilis ſuffocatio, cuius pellem ſibi afferri iuſſerat Euryſtheus. Summo virium conatu cum eadem fera contendens cernitur, vario modo ſculptus in tribus Gemmis in IX. Tab. XXXVI. & in I. & II. Tab. XXXVII. Primum terribilem, immanemque hanc belluam ſagittis impetiviſſe, ſed fruſtra, narrant auctores, & oſtendit pharetra clauſa, humi poſita.

Secundum Herculis certamen fuit caedes Hydrae Lernaeae, quae mira corporis magnitudine praedita, novemque capitibus vel

(1) Saturnal. Lib. I. Cap. XX. In hanc rem vide Hieron. Aleandrum in Heliacam Tabulam, qui erudite oſtendit Herculem Solem eſſe.
(2) Confer Nat. Comitem Mythol. Lib. VII. Cap. I. pag. mihi 681.
(3) Vide Pauſaniam in Achaic. Cap. XIIX. Epigramma Anthologiae Lib. IV. Cap. VIII. Orpheum in Argonaut. Euripidem in Hercule infano. Conſulendus item Sophocles in Trachiniis a Cicerone citatus in Lib. II. Tuſc. Quaeſt. Q. Smyrnaeus, Virgilius Georgic. Lib. II. Lucretius Lib. V. v. 20. Paucos enumeraſſe ſufficiat.
(4) Porphyrius apud Euſebium III. de Praep. Evang. Cap. III. & Macrobius Saturnal. Lib. I. Cap. XX.
(5) Ex Apollodoro in Biblioth. Lib. II.
(6) Ex eodem Apollodoro Bibl. Lib. II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0236
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

vel compluribus aliis, ut aliqui volunt, munita fuit; medium, horum omnium maximum, immortale fuiſſe ferunt, cetera vero morti obnoxia. (1) Hunc laborem expreſſum in Gemma VI. Tab. XXXVII. & in VI. Tab. XXXIX. duodecim aerumnis adnumerandum eſſe negavit Euryſtheus, quod Hercules Iolai opem imploraſſet, qui ignitis torribus capita Hydrae inurens ea renaſci prohibuit. (2) Alii a Minerva, alii a Parcis adiutum ferunt. (3)

Quartum Herculis facinus profert Gemma III. Tab. XXXIX. nempe Apri Erymanthii venationem; quem, ut Euryſtheus iuſſerat, vinculis praepeditum vivum Mycenas invexit. (4) In hac igitur Gemma elegantiſſima cernitur Hercules Apro Erymanthio inſidens, partaque victoria laetus, ſcyphum, peculiare ſuum poculum, tenet; altera vero manu clavam, & leonis ſpolium. Eodem modo in aliis priſci aevi monumentis ſculptus eſt Hercules inequitans domitae cervae, auratis cornibus inſigni, Dianae ſacrae, quam tertium eius laborem aliqui extitiſſe dicunt; qualem etiam praefert inſignis nummus Elagabali a Germenii, urbis ad Helleſpontum, incolis percuſſus, qui exſtat in Gaza Medicea, cum appoſita prope clava, & ΓΕΡΜΗΝΩΝ, loci inſcriptione. (5)

Quinto labori repurgati ſtabuli Augeae Elidis regis, ſextus ſuccedit expulſio avium Stymphalidum, quae non ferentes tinnitum aeneorum crepitaculorum, quae a Vulcano, & a Pallade Hercules acceperat, protinus Arcadiam linquentes, quam humanis carnibus veſcentes infeſtabant, alio avolarunt. (6) Has aves non ſolum abegiſſe, verum etiam ſagittis ocidiſſe oſtendunt vetera marmorea anaglypha, & Gemmae, ut cernitur in I. Tab. XXXVIII. in qua Hercules operto capite leoninis exuviis, ſedens, inflexo genu, ſagittis eas inſequitur.

Septimus Herculis labor, quem tres perelegantes Gemmae VII. VIII. & IX. Tab. XXXVII. exhibent, fuit Cretenſis Tauri admirandae magnitudinis, & ferocitatis, qui totam Cretenſium regionem, Neptuni ira immiſſus, populabundus vagabatur, expugnatio, quem vivum cepit, & ad Euryſtheum adduxit. In Gemma VII. eiuſdem Tabulae ad indicandam Herculearum virium

(1) Vide Pauſaniam in Corinth. Cap. XXXVII.
(2) Adeundus Apollodorus Lib. II. Bibl.
(3) Lucianus in Iove Tragoedo; Pauſanias in Eliac. Prior. Cap. XVII. Herculi Hydram necanti adſiſtit Minerva, ut cernitur in ſculptura Etruſcae paterae in Dempſteriano opere Tab. VI. Tom. I. pag. 78.
(4) Id memorat Apollodorus Lib. II. aliique Mythologi.
(5) Hunc nummum deſcribit Ex. Spanhemius in Callimachi Hymnum in Dianam pag. 210.
(6) Lucretius Lib. V. v. 32.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0237
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

rium praeſtantiam, ingenioſus artifex Taurum non reſupinum, & inverſum ſculpſit, utroque brachio ab eodem Hercule comprehenſum, ut in pluribus aliis gemmis; verum e cauda ſuſpenſum, & pendentem poſt humeros, quem unica manu defert. In hac tamen Gemma quum ſculpta ſit ſpecus, arbitror Herculem indicari cum Tauro non Cretenſi, ſed cum eo, quem quum inveniſſet inter Erycis Siciliae Regis armenta, quibus raptum aggregaverat, ab eo repopoſcit, luctaque eo ſuperato, recepit. (1)

Compluribus aliis exantlatis aerumnis, toto orbe perluſtrato, clarus Hercules, Euryſthei tandem iuſſu inferos adiit, & maxime horrendum inferorum canem Cerberum tricipitem, iniectis collo vinculis, licet fruſtra reluctantem, ad eum adduxit, monſtratumque rurſus ad inferna reduxit. (2) Hoc Herculis opus oſtendunt Gemmae IV. & V. Tab. XXXVII. & V. Tab. XXXIX. Herculem ab inferis ope Minervae redeuntem (3) exhibet Gemma III. Tab. XXXVII.

Ante deſcenſum Herculis ad inferos memorant Prometheum liberatum a vinculis, & ab aquila, quae ei in Caucaſo Scythiae monte religato, ac veluti cruci adfixo, iecur ſingulis noctibus renaſcens quotidie exedebat. Egregium hoc Herculis *Servatoris* facinus praefert rariſſima Gemma VII. Tab. XXXIX. in qua idem ſculptus eſt aquilam extenſo brachio inſidentem ſuſtinens, altera vero manu ſcyphum tenens, cum quo navigaſſe ut Prometheo ſubveniret, narrat Apollodorus. (4)

Herculem tandem nullis fractum aerumnis, nullis Deorum territum minis & periculis, tot monſtrorum hominumque ubique gentium victorem, & domitorem, ſolus Amor, Deorum omnium potentiſſimus, (5) vicit, ac domuit; contra quem nec clava, nec ſagittae, nec leonis Nemeaei terribilis rictus, & exuviae, nec ſummae corporis vires profuere. Cernitur in tribus Gemmis elegantiſſimis II. III. & IV. Tab. XXXVIII. ipſe Hercules maeſto vultu, genu prolapſus, Amori ſuccumbens, qui eius humeris inſidet, & in VI. eiuſdem Tabulae captivum eum agit, ligatis poſt tergum manibus. Mirifice has Gemmas illuſtrat ve-

tus

(1) Omnia ex Apollodoro Lib. II. Biblioth. excerpta.
(2) Ex Apollodoro Lib. II. Biblioth.
(3) Conſule Pauſaniam in Arcadic. Cap. XIIX.
(4) Vide etiam Heſiodum in Libro cui titulus Opera, & Dies, & Lucianum in Prometheo, & in Dialogo Iovis, & Promethei; Ciceronem in Lib. II. Tuſcul. Quaeſt.
(5) Egregie Amoris laudat potentiam Oppianus Cyneget. Lib. II. v. 410. Amoris ſimulacrum Panthcum exhibui in Par. I. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium; quod oſtendit omnes Deos Amori paruiſſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0238
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tus Epigramma Graecum Gemini in Anthologia, (1) quod etiam exſtare inſcriptum baſi Herculis Venetiis in palatio Erizzorum teſtatur & exhibet egregius Sponius; totidem Latinis verſibus elegantiſſimis redditum a doctiſſimo meo praeceptore Antonio Maria Salvinio, qui de vertendis illuſtrandiſque omnibus Anthologiae Epigrammatis non cogitavit ſolum, verum etiam ſi diutius vixiſſet ſpem magnam fecit; non paucis interim converſis, quum frequenter cum eo colloquens hoc tam inſigne opus urgerem.

ΗΡΑΚΛΕΣ ΠΟΥ ΣΟΙ ΠΤΟΡΘΟΣ ΜΕΓΑΣ ΗΤΕ ΝΕΜΕΙΟΣ
ΧΛΑΙΝΑ ΚΑΙ Η ΤΟΞΩΝ ΕΝΠΛΕΟΣ ΙΟΔΟΚΗ
ΠΟΥΣΟΒΑΡΟΝ ΜΙΜΗΜΑ ΤΙΣ ΕΠΛΑΣΕΝ ΩΔΕ ΚΑΤΗΦΗ
ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΧΑΛΚΩ Δ ΕΓΚΑΤΕΜΙΞΕ ΟΔΥΝΗΝ
ΑΧΘΗ ΓΥΜΝΩΘΕΙΣ ΟΠΛΩΝ ΣΕΟ ΤΙΣ ΔΕ ΣΕ ΠΕΡΣΕΝ
Ο ΠΤΕΡΟΕΙΣ ΟΝΤΩΣ ΕΙΣ ΒΑΡΥΣ ΑΘΛΟΣ ΕΡΩΣ

Alcides, ubi clava ingens? ubi laena Nemea?
Torva ubi nam facies? plena ubi nam pharetra?

Effinxit quis te deiecto lumine triſtem?
Hic a Lyſippo mixtus in aere dolor.

Armis nudatus maeres: quis te expoliavit?
Aliger, atque gravis mi labor, acer Amor.

Herculem a Mercurio venditum Omphali Iardanis Lydorum regis filiae perhibent, cui ſervivit, eique devicti leonis Nemeaei exuvias & clavam donavit. (2) His ornata armis ſculpta eſt in tribus Gemmis VII. VIII. & IX. Tab. XXXVIII. Hippolytae quoque Amazonum reginae cingulum & ſecurim dono eidem Omphali dediſſe memorant. Eadem regina, teſte Hygino, Herculem Argos remiſit multis donatum muneribus, quod apud Fluvium Sagarim Lydiae, anguem interfeciſſet, qui & homines complures interficiebat, & ripam frugibus orbabat. Amazonis nudae imaginem praefert Gemma IV. in Tab. XXXIX. ad cuius pedes poſita eſt pelta; ipſa vero galeam gerit capite, cui alia femina innititur, poſito humi clypeo.

His perfunctus laboribus propter egregiam virtutem, ac fortitu-

(1) Vide in Anthologia Lib. IV. Cap. VIII. n. 17. Vide Iac. Sponium, qui edidit in Miſcellaneis eruditae antiquitatis Sect. II. Artic. X. pag. 51. cum interpretatione ad verbum.
(2) Ex Apollodoro Bibl. Lib. II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0239
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

titudinem a Iove inter ſidera Hercules collocatus eſt. In Gemma VIII. rariſſima Tab. XXXIX. caput habet radiata corona inſignitum, quod etiam quinque aſtra circumdant. Diis ſtellas attribuerunt veteres, iiſdemque praeeſſe cenſuerunt, ut eorum virtutem, & in ope ferenda praeſentiam declararent. Herculem praeterea inter Deos Επιφάνους connumeratum eſſe conſtat; qui etiam ΒΑΣΙΛΕΥΣ, & ΑΝΑΞ *Rex* dicitur; tunicaque ſtellis diſtincta eum ornat Nonnus Dionyſiacωn Lib. XL. capite vero Auroram, & Noctem gerere docet Orpheus.

Herculi Deorum omnium conſortio, & immortalitate donato, Hebe, quae a Latinis *Pubertas*, ſeu *Iuventa* dicitur, puella pulcherrima, Iovis, & Iunonis filia, in matrimonium data eſt; cuius munus fuit ambroſiam, & nectar Diis miniſtrare. Sculpta eſt in Gemma IX. Tab. XXXIX. aureum poculum ori admovens, quaſi praeguſtatura. Statius inducit Heben ornatam veſte ſuccincta, ipſi quoque Herculi coniugi nectar porrigentem.

Spectandum in Tab. XXXX. elegans HERMHERACLIS ſigillum, ſcalptum e Chalcedonio. Ita appellatus eſt, auctore Pauſania, Hercules τὰ κάτω τοῖς Ερμαῖς τοῖς τετραγώνοις εἰκασμένος, *inferiore trunci parte quadratis Mercurii ſignis perſimilis*; qui, non ſecus ac idem Mercurius, in Gymnaſiis, ut iiſdem praeſes Deus, & in balneis, vel in capitibus viarum, agrorumque limitibus, veluti ornamentum, & tutela ponebatur. Hinc in vetuſtis votivis lapidibus in Gruteriano Theſauro frequenter DEFENSOR & CVSTOS nominatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0240
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

CLASSIS III.

TABVLA XXXXI.

SOCRATES.

VMmorum Philoſophorum, Oratorum, ac Poetarum vultus illuſtraturus, quos omnis ſuſpexit antiquitas, libet a SOCRATE, omnium eruditorum teſtimonio, totiuſque iudicio Graeciae, ſapientiſſimo, qui Philoſophiam primus Athenis devocavit e caelo, (1) perpaucas has obſervationes meas auſpicari. De effigie eius ſculpta ab eximiis lithographis in Gemmis IV. V. VI. VII. VIII. quae in hac Tabula conſpiciuntur, dubium eſſe nullum poteſt, quum egregie eum exprimant qualem plures auctores delineant, (2) nempe vultu nec aut hilari magis, aut turbato, quem numquam mutavit; (3) recalvo capite, inculta, impexaque barba, tuberoſa fronte, prominentibus ſuperciliis, taurino adſpectu, oculis emiſſiciis, naſo ſimo, maxima denique cum Silenis, de qua ipſe gloriabatur, ſimilitudine. (4) Tanta omni aevo fuit Socratis fama, ut veteres eius imaginem in anulis inſculptam circumferre ſummopere ſtuduerint, eaque uſi ſint

T. XXXXI. n. IV. V. VI. VII. VIII.

(1) Tullio auctore Lib. V. Tuſcul. Quaeſt.
(2) Hos vide apud Io. Chifletium in Socrate, qui citat Platonem in Sympoſio, Syneſium in Encomio calvitii, Athenaeum Deipnoſoph. Lib. V. Macrobium Saturnal. Lib. VII. Cap. X. Sidonium Lib. IX. Epiſt. IX. Perſium Satyr. I. & III. Marſilium Ficinum in Comment. in Platonem.
(3) Plinius Lib. VII. Cap. XIX.
(4) Confer Platonem in Sympoſio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0241
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſint tamquam amuleto, quam obſervabant in rebus agendis. (1) Veneno extinctus, odio & calumniis Anyti, Meliti, & Lyconis, concitatis in eum Athenienſium animis, obiit anno primo Olympiadis XCV. aetatis vero LXX. quum extremo vitae die cum principibus ſectarum Philoſophis, a quibus in carcere inviſebatur, de immortalitate animorum diſputaſſet. (2)

ZENO.

T. XXXXI. n. I.

IN Gemma I. huius Tabulae, ſcalptoris artificio nobiliſſima, inciſum puto non PLATONEM, Socratis diſcipulum, ſed ZENONEM Citieum, Stoicae Sectae inſtitutorem, inventoremque Dialecticae. Haec imago adamuſſim convenit cum Herma marmoreo eiuſdem, quem illuſtrat Ioannes Faber Tab. CLI. Senilis aetas convenit; nam anno nonageſimo octavo obiiſſe adfirmat Laertius, (3) poſt Olympiadem CXXIX. Caput eius diademate revinctum eſt, quod antiqui inſignibus ſapientia viris honoris cauſa dedere. Vultus decore, & gravitate conſpicuus eſt, frons in rugas adducta, & contracta, oculi acerrimo intuitu praediti apparent; collum oblongum, capilli breves ſunt, & tonſi: e contra vero Platonis caput diademate quater circumducto ornatum eſt, ut cernitur in imagine eius apud Fulvium Vrſinum Tab. CXII. capilli prolixiores ſunt, & circa humeros pendent, barbaque cirris culta eſt.

T. XXXXI. n. II. III.

In Gemma II. & III. quae ſequitur in eadem Tabula M. TVLLIVM CICERONEM Romanae eloquentiae parentem omni aevo clariſſimum referri facile credam; quod hi vultus maxime conveniant cum Protoma marmorea apud Fulvium Vrſinum Tab. CXLVI. & cum Gemma nobiliſſima a Dioſcoride ſcalptorum praeſtantiſſimo inciſa Tab. XXVII. apud Cl. Philippum de Stoſch; in qua, ut ipſe auctor mihi dicebat, non Maecenatis, ſed eiuſdem Ciceronis effigiem exhiberi multis rationum momentis oſtendet in ſecundis curis ad Gemmas antiquas caelatas, ſcalptorum nominibus inſignitas, quas edidit; qui etiam huic longe ſimil-

(1) Vide Alexandrum ab Alexandro Lib. I. Cap. XIX. & Epictetum in Enchiridio.
(2) Seneca Epiſt. XXIV. Idem Lib. de Conſol. ad Helviam. Vide Platonem in Phaedone, & Ciceronem de Orat. Lib. III.
(3) Lib. VII. Segm. 28. & ex Luciano de Longaevis. Vide Epictetum in Enchir. & Sidonium Lib. IX. Epiſt. IX.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0242
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

millimam aliam marmoream protomam obſervare fecit in Veſtibulo regii Muſei Medicei.

THALES MILESIVS.

HIuſce Philoſophi imago, vultu decoro, adductiſque ſuperciliis gravitatem, & ſeveritatem Philoſopho dignam praeferens, tribuenda eſt, ut mihi videtur, THALETI Mileſio; nam probe reſpondet eius marmoreae protomae, nomen ΘΑΛΗC inſcriptum praeferenti, quae ex Muſeo Achillis Maffeii edita eſt. (1) Ionicae Sectae auctor fuit, nulloque uſus praeceptore, Geometriae, & Aſtronomiae fuit peritiſſimus. Primus omnium oraculi monitu ſapiens appellatus eſt; cuius illud fuit praeclarum effatum, *noſce te ipſum*. (2) Obiit ſenio confectus, quum certamen gymnicum ſpectaret, aeſtu ſcilicet, ac ſiti, & infirmitate fatigatus. T. XXXXI. n. IX.

HIPPOCRATES.

HIPPOCRATIS vultus mitis, ac placidus, impreſſus in nummis Coorum, tantam cum imagine inſcalpta in hac rariſſima Gemma praefert ſimilitudinem, ut eum ipſum Medicinae amplificatorem maximum, atque alterum veluti Aeſculapium, paene divinis honoribus conſecratum a Graecis, repraeſentari non invita Minerva putem. (3) Pallio indutus conſpicitur, quod a Medicorum principe minime alienum eſt. Caput recalvaſtrum eſt, ut etiam in nummo apud Fulvium Vrſinum Tab. LXXI. conſpicitur, in quo maiorem praeferre aetatem videtur. (4) T. XXXXI. n. X.

(1) Hanc vide in Laertio edit. Amſtel. per Henricum Wetſtenium Seg. 22. pag. 14.
(2) Ex eius vita apud eumdem Diogenem Laertium.
(3) Exſtat in Antholog. Lib. I. Cap. XXXIX. & Lib. III. Cap. XV. vetus Epigramma incerti Poetae, quod vide. Adi Lucianum in Dialogo, qui inſcribitur, *Philopſeudes*.
(4) Vide Io. Fabrum ad Imagines Virorum illuſtrium apud Fulvium Vrſinum Tab. LXXI. pag. 45.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0243
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ARCHYTAS.

T. XXXXI. n. XI.

PVlcherrimo artificio ſculptum in hac Gemma ſpectandum eſt caput ARCHYTAE Tarentini, Philoſophi Pythagorici praeſtantiſſimi, diuturna ſuis civibus praefectura, multiſque proeliis, ductu ſuo commiſſis, inſignis atque invicti; (1) cuius capilli veluti in orbem circumquaque reducti, ac ſurſum conſerti, (quo etiam cultu ornatum eſt Platonis caput, (2) aliorumque Philoſophorum, & Anacreontis Poetae in ſequenti Gemma) lanea, ut arbitror, corona conſtringuntur. (3) Haec imago probe concordat cum nummo aereo penes Fulvium Vrſinum Tab. XXVII. cuius antica pars nomen eiuſdem Archytae inſculptum praefert; quamvis & in hac Sarda, uti in alia quadam veteri, quam deſcribit Iohannes Faber in Commentario ad imagines Virorum illuſtrium, loco ſupraſcripto, additae non ſint figurae quaedam mathematicae, hoc eſt cylindrus, & cubus, quas ipſe Archytas invenit. (4)

ANACREON.

T. XXXXI. n. XII.

SImilis videtur haec imago alteri Archytae Philoſophi; verum ſi accurate utriuſque vultus lineamenta expendantur, alium inſignem virum expreſſum nemo profecto ambiget. Congruit haec perrara Gemma cum onyche, quem ex Leonardo Auguſtinio profert Maffeius Eques Tab. LXIX. (5) in quo ſcalptum ANACREONTEM Teium Poetam elegantiſſimum cenſuit. Neque etiam praecipue differt ab numiſmate aereo apud Fulvium Vrſinum Tab. XI., in quo eius nomen ſcriptum eſt ANAKPEΩN, geſtatque lauream coronam; verum capilli haud in orbem circa caput, ſed tantum retro diſpoſiti ſunt, quaſi & ipſi ſerto illud coronent. Caput ſenile eſt, laurea corona redimitum.

TA-

(1) Ex Diogene Laertio Lib. VIII. Segm. 79. Vide Ciceronem in Catone maiore Cap. XII. & Tuſc. Quaeſt. Lib. V. Cap. XXII.

(2) Vide praeſertim Gemmam quam adfert Cauſeus in Muſeo Romano Sect. I. Gemmar. ant. Tab. XVII. pag. 11.

(3) Huic imagini Archytae aliam ſimilem eodem cultu capillorum concinnatam adfert ex Leon. Auguſtinio Maffeius Eques Par. I. Tab. LVIII. ſed in ea, ut videre cuique facile eſt, corona deſideratur.

(4) Teſte eodem Diogene Laertio Lib. VII. Segm. 83. Archytam valde commendat Horatius Oda XXVIII. Lib. I.

(5) Part. I. Gemmarum antiquarum pag. 82.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0244
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA XXXXII.

PHILEMON.

EFfigies PHILEMONIS Poetae Comici, novae Comoediae auctoris, Menandri aemuli egregio opificio inſcalpta eſt Sardae. Hanc ipſam Gemmam primus omnium protulit Leonardus Auguſtinius. (1) T. XXXXII. n. I. II. III.

In elegantiſſima Gemma, quae hanc ſequitur, ſi quis inſcalptum PLATONEM putet, non repugno; capillorum certe concinnatio, & diadema quater capiti circumvolutum cum eius imagine apud Fulvium Vrſinum Tab. CXII. non parum convenit.

Gemma III. quae cernitur in hac ipſa Tabula, Philoſophi caput praefert mihi incognitum.

XENOCRATES.

XEnocrates Chalcedonius, qui Platonicae Scholae praefuit annis vigintiquinque, teſte Laertio, (2) expreſſus eſt in hac Gemma rariſſima, atque elegantiſſima. Convenit eius imago cum altera quam ex Gemma profert Ioannes Chifletius, (3) in qua etiam ſcriptum eſt eius nomen, ut de ea dubitari non poſſit. Verum Medicea haec Gemma a Chifletiana in eo aliquantulum differt quod Xenocratis barba haud valde prolixa eſt. Fuit Xenocrates natura ſubtriſtior, qualis etiam exprimitur in hac Gemma, cui hac de re Plato ſaepius dicere ſolebat ut rem ſacram Gratiis perageret. (4) Ceterum in utraque Gemma cernitur nudus, Sileno ſimilis, capite calvo, fronte rugoſa, & lata. Natum aliqui volunt Olympiade XCV. mortuum vero Olympiade CXVI. (5) T. XXXXII. n. IV.

(1) Ex Auguſtinio Eq. Maffeius Par. I. Tab. LXXII.
(2) Lib. IV. in eius vita.
(3) In Socrate pag. 36. editionis Plantinianae.
(4) Ex Plutarcho in vita C. Marii in principio.
(5) Vide Ioannem Ionſium Holſatum de Scriptoribus Hiſtoriae Philoſophicae Lib. I. Cap. X. pag. 50. 51. & 103.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0245
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

PITTACVS.

T. XXXXII. n. V. NOn alium exprimere videtur haec perelegans Gemma, quam PITTACVM Mitylenaeum, unum ex ſeptem ſapientibus viris Graeciae; cui cives ob egregia in ſe merita principatum tradiderunt; quo ille, ordinata re publica, poſt decem annos, ſponte ſe abdicavit. (1) Probe concordat haec imago Pittaci cum aereo eius nummo mediae magnitudinis penes Fulvium Vrſinum Tab. CXI. quem Mitylenaei in memoriam tanti civis imprimi curarunt, in quo clariſſimum eius nomen ΠΙΤΤΑΚΟϹ inſcriptum eſt. Floruit maxime circa XLII. Olympiadem, famaque in tota Graecia fuit celeberrimus: mortuus vero eſt ſub Ariſtomene Archonte, anno tertio LII. Olympiadis, quum vixiſſet ſupra annos ſeptuaginta, iam ſenio confectus. (2)

DIOGENES.

T. XXXXII. n. VI. SCulptus eſt magno artificio in hac eximia Gemma Philoſophus, qui maxime refert DIOGENEM Sinopenſem Cynicum, quem e dolio exſurgentem, & in pedes erectum exhibet in Gemma Leonardus Auguſtinius, & ex eo Maffeius Eques. (3) Nudo capite & recalvaſtro conſpicitur, humeris dumtaxat pallio circumvolutis, ut apud Lucianum deſcribitur; (4) quod etiam valde in uſu fuit apud Philoſophos Cynicae Sectae. (5) Neminem ſe feliciorem eſſe credidit, nec Philippum, nec Alexandrum Macedonum reges, quum nihil cuperet. (6)

C. GRAC-

(1) Ex Laertio in eius vita. Vide Strabonem Lib. XIII.
(2) Omnia excerpta ex Laertio Lib. I. Segm. 74.
(3) In Parte I. Gemm. ant. Tab. LIV.
(4) Dial. Quomodo Hiſtoria ſcribenda ſit.
(5) Iuvenalis Satyr. XIII. v. 122.
(6) Idem Satyr. XIV. v. 308.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0246
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

C. GRACCHVS.

IMago haec convenit cum meo ectypo, olim in Muſeo Andreinio, in quo litterae C. GR. fortaſſis C. GRACCHI eſſe indicant. Vir, ut auctor eſt Cicero, & praeſtantiſſimo ingenio, & flagranti ſtudio, & doctus a puero fuit C. SEMPRONIVS GRACCHVS. (1) Neminem eo pleniorem, & uberiorem ad dicendum fuiſſe conſtat. Damnum illius immaturo interitu res Romanae Latinaeque litterae fecerunt. Reliquae laudes, quas Cicero ſubiungit, haud praetereundae ſilentio ſunt; ita enim de eo loquitur. (2) *Vtinam non tam fratri pietatem, quam patriae praeſtare valuiſſet! quam ille facile tali ingenio, diutius ſi vixiſſet, vel paternam eſſet, vel avitam gloriam conſecutus! Eloquentia quidem neſcio an habuiſſet parem neminem: grandis eſt verbis, ſapiens ſententiis, genere toto gravis: manus extrema non acceſſit operibus eius, praeclare inchoata multa, perfecta non plane. Legendus inquam eſt hic Orator, Brute, ſi quiſquam alius iuventuti; non enim ſolum acuere, ſed etiam alere ingenium poteſt.* (3)

T. XXXXII. n. VII.

ARISTOTELES.

DIu haeſi mecum ipſe cogitans an imaginem hanc faberrimo opere exſcalptam Iaſpidi Chalcedonio ab artifice, haud dubie magni nominis, ARISTOTELI Stagiritae, Platonis diſcipulo, Philoſopho longe praeſtantiſſimo atque eruditiſſimo, Peripateticorum Scholae auctori, adſcriberem. Exhibetur aetate valde provecta, brevi capillitio, mento & genis, ut apparet, raſis, parvis oculis, & naſo quaſi aquilino; qualis plane expreſſus in marmore apud Fulvium Vrſinum Tab. XXXV. quod illuſtrat Ioannes Faber in Commentario ad eaſdem imagines Virorum illuſtrium. (4) Tonderi, & abradi conſueviſſe Ariſtotelem, contra Pla-

T. XXXXII. n. VIII.

(1) Vide etiam Ful. Vrſinum in Famil. Roman. in Gente Sempronia.
(2) In Bruto, ſeu de claris Oratoribus.
(3) Vide Richardum Strehinnium de Gentibus, & Familiis Romanorum pag. 213.
(4) Pag. 10. editionis Plantinianae.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0247
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Platonis morem, provecta aetate, ſcribit Aelianus, & Laertius; & mollitiem quamdam praeſeferre viſum teſtatur Muſonius apud Stobaeum : quare haec effigies Ariſtoteli potius , quam alii ex Philoſophis convenire mihi videtur .

M. PORCIVS CATO.

T. XXXXII. *n. IX. X.*

SVmmae auctoritatis ſummique iudicii vir in Romana Republica fuit M. PORCIVS CATO , cognomento *Cenſorius* , multarum rerum uſu , & ſcientia conſummatiſſimus , frugalitate , & continentia clarus. Adoleſcens Nearchum Pythagoreum Philoſophum audivit . Orator graviſſimus atque eloquentiſſimus , vulgo Romanus Demoſthenes dictus eſt . (1) Decora ſenecta nitet eius vultus, admirando artificio exſculptus in hac inſigni Gemma . Rugae genis , fronti , & collo decus addunt , eximiumque ſcalptoris laborem perſpicue declarant . Effigies haec omnino ſimilis alteri , quam ex Gemma Vrſiniana illuſtrat Ioannes Faber Tab. CXVI. niſi quod aetate valde provectiore in ea exhiberi videtur .

Quod ſequitur Romani Viri conſularis caput incognitum mihi eſt .

P. VALERIVS POPLICOLA.

T. XXXXII. *n. XL.*

QVanto in pretio habenda ſit haec Gemma rariſſima , quae praefert imaginem ſummi viri P. VALERII POPLICOLAE , de Republica Romanorum optime meriti , nemo non videt : quum ſtatua in Hermae formam ſculpta , quam ex Fulvio Vrſino illuſtrat Ioannes Faber Tab. CXLVII. trunca ſit capite , nec eius effigiem oſtendat , qua nos temporum iniuria privavit . Quod igitur in ea deeſt , ſupplet haec inſignis Gemma . Neque de vultu eius dubitandum eſt , quum litterae in ea inſcalptae eius nomen teſtentur , ſintque antiqua eiuſdem docti ſcalpto-

(1) Ex Plutarcho in eius vita .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0248
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ptoris manu caelatae . Eloquentia ad populum , & milites perſuadendos maxime valuit . Leges in magiſtratu valde populares tulit , unde *Poplicola* dictus eſt . Etruſcos proelio vicit , deque iis triumphavit quum Conſul tertium eſſet cum M. Horatio , V. C. anno CCXLVI. Conſul quartum cum T. Lucretio anno ab V. C. CCXLIX. de Sabineis triumphavit ; cui poſt mortem funus magnificentiſſimum , & ſepulcrum in Vrbe decretum eſt . (1)

M. ANTONIVS.

PEreximo artificio ſculptum eſt in hac Gemma pulcherrima caput M. ANTONII Triumviri , & Imperatoris antequam Cleopatrae Aegypti Reginae amoribus corrumperetur , rerum geſtarum gloria inclyti , ac valde diſerti ; alteri maxime ſimile , quod inſcalptum Gemmae conſummatiſſimi operis edidit Fulvius Vrſinus Tab. XXIII. & fortaſſis vel eadem eſt haec Gemma , vel eiuſdem praeſtantiſſimi artificis manu caelata ; tanta eſt inter utramque imaginem ſimilitudo . Florente aetate , egregia ei forma fuit ; (2) provecta vero , ut in hac Sarda conſpicitur , decora gravitate , & maieſtate conſpicua . T. XXXXII. n. XII.

TABVLA XXXXIII.

HOMERVS.

OMni laude maior conſpiciendus eſt HOMERVS , ſumma operis elegantia , & nobilitate ſculptus in his Gemmis , quas Homeri ſtudioſi viri in anulis ferre conſuevere . Caput non vitta , aut diademate , ut in aliis monumentis cernitur , ſed eadem quae Apollini Poetarum Principi gratiſſima eſt , laurea corona T. XXXXIII. n. I. II.

(1) Ex Livio Lib. II. Dionyſio Lib. V. Val. Maximo Lib. VI. Ciceron in Academicis Quaeſt. & ex Plutarcho in eius vita . Haec Gemma olim fuit Petri Andreae Andreinii , translata in Muſeum Mediceum , quam protuli in Par. I. Inſcr. ant. Etruriae Tab. XI. n. IV. pag. LXXI.

(2) Ex Plutarcho in eius vita .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0249
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

rona ornatur . Capilli breves poſt occiput in tricas collecti , & diſpoſiti ; barba haud nimis longa , impexa quidem & criſpa , ſed decora ; effigies gravitate , & venuſtate quadam maxime refulgens . In plurimis reſpondet imaginibus eius impreſſis in Chiorum , & Amaſtrianorum nummis , & in maiori quoque aereo numiſmate , quod illuſtrat Ioannes Faber apud Fulvium Vrſinum Tab. LXXII. & ut cernitur in Tabula Iliadis , quam de antiquitate optime meritus Raphael Fabrettus pererudita diſſertatione explicavit . Clariſſimum certe Homeri ingenium fuit , & ſine exemplo maximum ; qui , ut ſcribit Velleius , (1) magnitudine operum , & fulgore carminum ſolus appellari Poeta meruit .

HESIODVS.

T.XXXXIII. n. III. INtercidiſſe adfirmat Ioannes Faber Sardam Gemmam , vulgo Carneolam , quae HESIODI Aſcraei inſignis Poetae effigiem , nomenque eius his ſcalptum litteris ΗΣΙΟΔΟΣ praeferebat . In hac vero Sarda quamquam epigraphe adpoſita minime ſit , tamen haud dubitari poteſt quin vultum eius referat multo artificio , multaque elegantia effictum , ac magnopere ſimile marmoreae eius imagini apud Vrſinum Tab. LXVIII. Caput laurea redimitum eſt , caeſaries non brevis , ſed aliquantulum promiſſa .

PINDARVS.

T.XXXXIII. n. IV. COmplurium antiquitatum , ac frequentius praeſtantiorum perditor tempus certiſſimam PINDARI Thebani ſublimis Poetae effigiem poſteris ſpectandam invidit diruitque ; quare , dempto capite , ſolus ſtatuae pedeſtris truncus ſuperfuit , in cuius baſi legitur clariſſimum nomen eius ΠΙΝΔΑΡΟC , inter imagines Virorum illuſtrium apud Fulvium Vrſinum Tab. CX. Eius vultum in hac Gemma ornatiſſima ſculptum eſſe cenſent aliqui viri antiquitatis periti , qui eam inſpexerunt , ſed haud probare poſſunt , alio tutiſſimo teſtimonio deſtituti .

(1) Hiſtoriar. Lib. I. Cap. V.

SOPHO-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0250
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

SOPHOCLES.

GRaecorum Tragicorum princeps SOPHOCLES Athenienſis, bellicae virtutis gloria, & reipublicae adminiſtratione clariſſimus, exquiſito artificio ſculptus eſt in hac Gemma nobiliſſima; cuius vultus ſi cum alio conferatur ex marmoreo diſco apud Fulvium Vrſinum Tab. CXXXVI. ſub quo eius nomen inciſum eſt, nullum vel minimum diſcrimen occurret. Caput ſenili decore, & blanda quadam ſeveritate conſpicuum eſt; in hac cinctum laureo ſerto, in altero diademate. Apud eumdem Fulvium Vrſinum memorat Ioannes Faber exſtitiſſe Sardam cui inſcalptum eiuſdem Sophoclis caput; an vero Medicea haec Gemma ea ipſa ſit, me omnino latet. Scripſit admirando cothurno, gravitate, & ſono centum viginti tres Tragoedias, victorias vero ex his dumtaxat viginti quatuor adſecutus eſt. Floruit maxime viginti & amplius annis ante Socratem. T. XXXXIII. n. V.

ARISTOPHANES.

ARISTOPHANES Athenienſis Poeta Comicus, Atticae linguae puritate, & ſplendore praecellentiſſimus, ſui temporis vitiorum acerrimus inſectator, & mordaciſſimus, ſive ut in Graeco Epigrammate in Anthologia dicitur, (1) καὶ ϛίξας ἄξια, καὶ γελάσας, hoc eſt, *& pungens recte, & irridens*, ſculptus videtur in hac Gemma operis faberrimi, & abſolutiſſimi. Maior tamen deſideratur oris ſimilitudo cum Herma marmoreo, qui exſtat in regio Muſeo Mediceo, & exhibetur cum epigraphe Graeca inter imagines Virorum illuſtrium apud Fulvium Vrſinum Tab. XXXIV. T. XXXXIII. n. VI.

(1) Lib. I. Cap. LXVII. n. 17.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0251
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

VIRGILIVS.

T. XXXXIII. n. VII. X.

PErelegantes duae Gemmae VII. & X. quae in hac Tabula conſpiciuntur P. VIRGILII MARONIS Latinorum Poetarum Principis doctiſſimi effigiem praeſeferunt . Scriptores eius vitae teſtantur ſtatura procera , colore ſubpallido , viribus imbecillis , & corpore gracili , & macilento fuiſſe , quae omnia clarius oſtendit Gemma X. Cur vero perſonam ſive larvam , in fronte alis ornatam manu teneat , vel coram adſpiciat impoſitam arae , vel columellae , ut & in aliis Gemmis cernitur , quae imaginem eius referunt , non ita facilis explicatu res eſt . Ioannes Faber refert ad Poeſin Bucolicam , quod antiquitus intervenientibus Hiſtrionibus , qui perſonati erant , recitaretur ; Leonardus Auguſtinius ad memoriam , a Poetis invocari ſolitam . Celeberrimus Frid. Gronovius ab his diſcedens , Deorum Manium , & umbrarum ſpecimen deſignari exiſtimat , quod traditum fuerit eas apparuiſſe Virgilio , ſecreta earumdem detegenti ; qui tamen non terrefactus clariora ex hoc viſu ſingula ſe ſcripturum denuntiavit . Gronovii opinioni , quae haud improbabilis eſſe videtur , conie-cturam quoque meam adiicio , ea de cauſa perſonam , ſive oſcillum coram Virgilio poſitum , ut ſignificarent falſa , ac vana viſa ei omnia , quae fieri apud inferos fabulati ſunt veteres ; nam cum poenas impiorum , & Elyſios campos poetice deſcripſiſſet , Aeneam fecit ea omnia contemplatum eburnea porta , qua falſa mitti dicuntur inſomnia , ad ſocios evadentem ; quaſi non plus fidei mereantur ea quae viderat Aeneas , quam ſomniantium viſa , omnis plane veritatis expertia . (1) Infera vero regna evanido illo idolo , ſive larva deſignari nemo eſt qui dubitet ; neque etiam quidquam aptius viſum eſt antiquis ſculptoribus ad aperiendam hanc Virgilii mentem quam eum repraeſentare , vel minas intentantem , vel intuentem pallentem perſonam , ſive oſcillum ; his enim mortuorum idolis nil levius , & futilius creditum fuiſſe conſtat a ſapientibus viris , quae Homerus νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα , *mortuorum imbecilla capita* , & idem Virgilius *leves umbras* , *imagines* , *& ſimulacra mortuorum* appellat . (2)

SAP-

(1) In hanc veni opinionem legens Benedicti Averanii Diſſertationes VII. & VIII. in Euripidem .

(2) Vide a me adnotata in Sarcophagum Columbarii ſive Monumenti Libertorum Liviae pag. 19.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0252
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

SAPPHO.

COronatur laurea corolla Sarda, in qua SAPPHO ſummo ſtudio inſcalpta eſt, (1) nec minori quidem in altera, quae ſequitur. Nullam ferunt eius aetate viſam feminam ei ſimilem, nec in minima parte Poetices cum ea comparandam; (2) quae ob eximiam carminum elegantiam decima Muſa dicta eſt, & inter novem Lyricos a pleriſque enumerata. Antiquum diſtichon edidi ex Donianis Inſcriptionibus, (3) quod quum lectu pulcherrimum ſit, & ut mea ſententia eſt, ſub eius ſtatua Pergami, ut in titulo legitur, inſculptum, ſilentio haud praetereundum eſſe cenſui. Haec igitur habet. T. XXXXIII. n. VIII. IX.

ΟΥΝΟΜΑ ΜΕΥ ΣΑΠΦΩ ΤΟΣΣΟΝ Δ ΥΠΕΡΕΣΧΟΝ ΑΟΙΔΩΝ
ΘΗΛΕΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΟΣΣΟΝ Ο ΜΑΙΟΝΙΔΗΣ

Hoc eſt

Femineos cantus ſuperavi maſcula Sappho
Quantum hominum vicit carmina Maeonides.

Odam eius a Catullo converſam, (4) tamquam egregium ſublimis dictionis exemplum, affert ſummus Criticorum Dionyſius Longinus. (5)

CORINNA.

EXpendant viri docti an in hac Gemma inſcalpta ſit imago CORINNAE celebris Poetriae apud Tanagraeos Boeotiae incolas, Myrthidis diſcipulae, quae epigrammatum quinque libros edidiſſe fertur, & Pindarum Lyricorum Principem, non Dorica, ſed Aeolica canentem lingua, quinquies viciſſe. (6) Eiuſdem Corinnae mentionem facit Pauſanias, & Aelianus. Liberum T. XXXXIII. n. XII.

(1) Hanc primus omnium edidit Leon. Auguſtinius, & ex eo Maffeius Par. I. Tab. LXX.
(2) Vide Strabonem Lib. XIII.
(3) Claſſe VIII. n. 91.
(4) Carm. LI.
(5) Sect. X. de ſublimi genere dicendi.
(6) Vide Pauſaniam in Boeotic. Cap. XXII. Aelianum Lib. XII. Cap. XLV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0253
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

berum cuique iudicium esto; non enim veritati adversantur coniecturae.

TABVLA XXXXIV.

MVSAE.

T. XXXXIV. SApientiae, & virtuti praesides MVSAE comitantur insignes Philosophos, Oratores, ac Poetas; quae etiam ipsis omne decus, omnemque elegantiam conferre putabantur. Hae antiquitus tres tantum fuere, quas recenset Pausanias; (1) postmodum novem factae sunt; quarum nominibus inscripti leguntur Herodoti libri; earumdemque meminit Homerus, (2) & Hesiodus. (3) Aliquae ex his sculptae sunt in his Tabulis.

In Gemma VIII. praecedentis Tabulae cernitur EVTERPE brevi canens tibia, dextera tenens pateram. Tibiis modulari veteres & in sacrificiis consuevisse nemo ignorat. Has princeps Euterpe dicitur invenisse. (4) Aliqui vero Mercurio, alii Apollini, alii Minervae inventum tribuunt. (5) Poetae musica instrumenta uni Musae data, & alteri, utcumque volunt, adsignant, atque confundunt; quod ex duobus Epigrammatis Anthologiae, (6) & ex carminibus complurium Poetarum, ac praesertim Horatii intelligi potest. (7)

MELPOMENE Tragoediae gravissimi poematis inventrix (8) exhibetur in elegantissima Gemma 1. Tab. XXXXIV. Palla, seu syrmate, veste tragica, superamicta, (9) columellae innititur, senilemque

(1) In Boeotic. Cap. XXIX.
(2) Odyss. Lib. A.
(3) In Theogonia.
(4) Vide Horatium Lib. I. Carm. Ode I. Virgilius, seu, ut aliqui volunt, Ausonius de Musarum inventis Idyll. XX.
Dulciloquos calamos Euterpe flatibus urget.
Confer Cael. Rhodiginum Lib. VII. Cap. IV. & Ben. Averanum Dissert. LXII. in Anthol. n. 3.
(5) Vide eumdem Averanium ibidem.
(6) Lib. I. Cap. LXVII n. 22. & 23.
(7) Horatius tibiam aliaque musica organa Calliopae tribuit Lib. III. Carm. Ode IV.
Descende caelo, & dic, age tibia
Regina longum Calliope melos;
Seu voce nunc mavis acuta,
Seu fidibus, citharaque Phoebi.
Clio lyram, vel tibam ad heroas celebrandos tribuit Ode XII. Lib. I.
Quem virum, aut heroa, lyra, vel acri
Tibia sumes celebrare Clio?
Vide Sponium in explicatione Sarcophagi, quod Musas exhibet Sect. II. Artic. IX. pag. 44. & 45.
(8) Ausonius Idyll. XX.
Melpomene tragico proclamat maesta boatu.
Confer Sponium, qui Melpomenes varia exhibet iconismata, loco paullo superius notato.
(9) De hac veste Ovidius Amor. Lib. I. Eleg. VIII. & Lib. III. Eleg. I. Horatius in Arte Poetica, Martialis Lib. IV. Epigr. XLIX. Vopiscus in Carino. Vide Ben. Averanium Dissert. VI. in Euripidem n. 6. Videndus etiam, si quis plura cupiat, Octavius Ferrarius de Re Vestiaria Par. II. Lib. IV. Cap. I.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0254
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

lemque perſonam barbatam cogitabunda contemplatur, & Tragicum carmen meditatur. Guttae ſanguinis largiſſime ex ea in terram defluunt, quae ipſam luctuoſae Tragoediae naturam, & argumentum indicant; in qua clades, & calamitates Heroum, Regum, & Principum virorum exponuntur. Tragica perſona, quae Melpomenae tribuitur, vultu maeſto, ac terrifico, ore vero immaniter hianti ad inclamandum in antiquis ſculpturis exprimitur, ad oſtendendam, ut opinor, ſtyli ſublimitatem, quae Tragoediis convenit; quae etiam ingenti habitu oris, & maxima ſpiritus magnificentia recitabantur, quod ex Luciano intelligi poteſt; (1) quare Cicero Tragoedorum vocem deſiderat in Oratore.

Tragicas perſonas vel virorum, vel feminarum in ſequentibus Tabulis exhibere non abs re viſum eſt. Has ad ſimilitudinem vultus vel Heroum, vel Heroidum, vel Deorum Dearumque, qui in ſcenam inducebantur, veteres effingebant. His effictis perſonis Tragoedias cantaſſe memoratur Nero Caeſar a Suetonio. (2) Perſonae, quae immani, & horrifico hiatu expreſſae ſunt in pluribus Gemmis, ad Tragoediam ſpectant, ut in Tab. XXXXV. III. V. VIII. XII. Tab. XXXXVI. I. Tab. XXXXVIII. IV. V. VI. reliquae vero ludicrae & ad riſum excitandum effictae, quae Satyrorum, Silenorum, Faunorum, & Bacchantium effigies praeferunt, quas quivis facili negotio reperire, & ab aliis diſtinguere poteſt, nec enumerare operae pretium eſt, ad Comoediam, & Satyram pertinent, & Comicae, & Satyricae perſonae dicuntur. Hoc diſcrimen interfuiſſe inter perſonas Tragicas, & Comicas notari poteſt apud Lucianum, quod illae ad terrorem luctumque, hae vero ad riſum, & cachinnos excitandos induerentur ab Hiſtrionibus, & actoribus. (3) Harum capita hederaceis, vel pampineis corollis redimita conſpiciuntur, pendentque ex iiſdem interdum ornatus cauſa quidam globuli veluti uniones; capilli vero vel horrentes, & incompoſiti, vel vario cultu concinnati, calamiſtrati, & in cincinnos diſpoſiti; quo ornatu etiam barba decoratur. Inter femineas perſonas Comicas Pollux (4) enumerat Λαμπάδιον *Lampadium*, ita appellatam quod capillorum plexus in acutum deſineret, in modum ignis, & faculae.

(1) In Dialogo de Saltatione, & in Anacharſi.
(2) In eius vita Cap. XXI.
(3) Dial. de Gymnaſiis T. I. pag. 749. 750. & de Saltatione Tom. IV. pag. 111. 113. atque in aliis locis non paucis Dialogorum eiuſdem.
(4) Lib. IV. Cap. XIX. Segm. 154.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0255
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

culae. Lampadium hanc exprimit perſona, quae cernitur in Gemma VI. Tab. XXXXVIII. quae quum Tragica ſit, fortaſſis Lampadium etiam inter perſonas Tragicas locum habuit.

Iuxta perſonas Comicas, & Satyricas interdum aliqua ſculpta ſunt muſica inſtrumenta, nempe fiſtula imparibus calamis compacta, & tympana, vel cymbala aereis lamellis circumquaque inſtructa; quae quum in Choris pulſarentur, ſonitum cum tympani pulſatione, perſtrepero quodam concentu, edebant; quae aereae lamellae ex iiſdem tympanis, ut in Gemma III. Tab. XXXXVII. conſpicitur, rotundae ſunt, & veluti lingulae ex ore foraminum vel obliquae, vel rectae prominent. Sub hac auriti Fauni perſona, cui adſimilem, vel eamdem Gemmam exhibuit Leonardus Auguſtinius (1) τὰ κρούματα, *crumata*, tertiam cymbalorum ſpeciem agnoſcit eruditiſſimus Fridericus Adolphus Lampe, differens de Cymbalis veterum. (2)

His addendae perſonae Comicae fictitiae, quae plerumque, ut auctor eſt Iulius Pollux, (3) hominibus quos ſuggillabant ſimiles erant, e quorum numero eſt etiam Socratis perſona, imagine Comici ſenis in ſcenam inducti, & convitiis proſciſſi ab Ariſtophane, ut cernitur in nonnullis Gemmis. Aliae quoque erant ad cachinnos, & riſum ſpectatorum excitandum ſedulo effictae, quarum figuras, & colores idem Pollux deſcribit.

Comicam perſonam gerit, & contemplatur THALIA in Gemma II. Tab. XXXXIV. cui Comoediae inventum adſcribunt. Eadem in Gemma IV. umbilico tenus nuda, pede inſiſtens ſcopulo, perſonam Comicam tenet, eoque ſtatu ut arbitror, cogitabunda Comoediam meditatur; altera pedum gerit, quod etiam in pluribus Gemmis ſculptum ſub ipſas perſonas obſervari poteſt. Adſimilem perſonam, lanea intorta corolla redimitam, quam etiam coronam ex pilis confectam gerere docet Iulius Pollux, tenet alatus Iuvenis ſedens ſuper ianuam ſcenae, pendentibus encarpis, & vittis ornatam, qui ipſum GENIVM Theatri, cuius fit mentio in antiquis inſcriptionibus, repraeſentat; (3) quamvis non me lateat Genium Theatri ſub imagine ſerpentis expreſſum eſſe.

Hiſtriones in ſcena Comoediam recitantes, ſeu Pantomimos exhibet eximia Gemma VIII. in eadem Tab. XXXXIV. Senex ille,

(1) Ab Equite Maffeio editus, & illuſtratus in Gemm. ant. Par. III. Tab. XLVI. pag. 83.
(2) Lib. I. Cap. VII.
(3) Lib. IV. Cap. XIX. Seg. 143.
(4) Vide Gruterianum Theſaurum pag. CXI. 8. Reineſium Cl. I. n. 162. & Fabrettum Inſcr. ant. Cap. II. n. 90.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0256
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

le, qui in medio ante ianuam recitat, circa imam pallii oram in anteriore parte clavum, quadratae teſſerae ſimilem, inſertum habet, de quibus teſſeris Plinius meminit. (1) Conſtat in ſcenicis veſtibus tum Tragicis, tum Comicis clavos e purpura, vel inſtitas ex auro, ornatus cauſa, adſutas fuiſſe. (2) Curſitare, & geſticulari videtur, incurvum gerens baculum, de quo Pollux. Servus amictus exomide, mulier vero palla involuta eſt.

Comicum Saltatorem exhiberi puto in Gemma VI. Tab. XXXXIV. qui adpoſita ori ſuo perſona, quam manu praefert, geſticulatione, & ligillorum ſtrepitu, quae manu gerit, & quatere mos erat (ni tamen volumen ſit, & ad Choragii ducem, & moderatorem, vel ad aliquem Poetam Comicum referendum ſit) ſpectatores oblectabat. Chlamyde indutus eſt, quam etiam inter veſtes Comicorum proprias enumerat Iulius Pollux. (3) Fortaſſis etiam Pantomimorum aliquis eſſe poteſt, qui iam paratus eſt perſonam induere alicuius Dei, vel Apollinis, vel Mercurii, cui in manu volumen datum fuit, ut inferius videbimus. (4)

Ad reliquas Muſas in hac Tabula XXXXIV. ſculptas revertor. In Gemma III. cernitur ERATO, ſaltationis, ut aiunt, inventrix; (5) quae ſaltans concinno corporis motu, lyram pulſat, & canere videtur. Heſiodus, ut obſervat Lucianus, (6) tanti fecit ſaltationem, ut in principio carminis ſui hoc in Muſarum laudem poſuerit, eas circa fontem floridum levibus ſaltare pedibus, & iuxta Iovis Parentis aram agere tripudium.

Sequitur tandem in Gemma IX. pulcherrima, VRANIA, a qua, propter ſtudium rerum caeleſtium, inventam aſtrorum ſcientiam veteres memoriae prodiderunt. Nam ſculpta eſt vel globum caeleſtem tenens, & contemplans, vel ut cernitur in hac Gemma, volumen gerens, adpoſito aſtro, quod Solem refert, & Luna creſcenti.

Conſueverunt praeterea veteres ſculpta in Gemmis anularibus ferre arcana quaedam ſymbola, quae vel ipſis dumtaxat, vel amicis, ad quos litteras clandeſtinas, ut inter ſe convenerant, iiſdem obſignatas miſſitabant, cognita eſſent, oſtenderentque ſecreta, quae cupiebant; quarum perſaepe Plautus meminit in ſuis

(1) Plinius Lib. XXXV. Cap. IX.
(2) Vide Rubenium de Re Veſtiar. Lib. I. Cap. XX. Senatorem Phil. Bonarrotium in Obſervat. in Vaſa vitrea Coemeterialia Tab. XVI. Fig. I. pag. 88. 89. 90. 91.
(3) Lib. IV. Cap. XIX. Segm. 117.
(4) De his vide Lucianum in Piſcatore T. III. pag. 169.
(5) In Idyllio, quod Auſonio tribuunt, ita Erato deſcribitur:
Plectra gerens Erato, ſaltat pede, carmine, vultu.
Vide Cael. Rhodiginum Lib. VII. cap. IV.
(6) De Saltatione T. IV. pag. 110.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0257
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſuis Comoediis . Gemmam IX. Tab. XXXXVIII. huius generis eſſe puto , ceteraſque quae multarum rerum complexus continent .

Reliquae vero Gemmae aenigmaticae in eadem Tabula expreſſae, & in ſequentibus, quae huic Claſſi finem imponunt, quae, ut aiunt , Gryllos , & Griphos , ſeu imagines monſtroſas humanorum capitum vel Socratis , vel feminarum brutis animalibus vel aereis , vel terreſtribus , vel marinis , ſive aquatilibus implexas praeferunt , alio pertinent ; atque , ut pereruditi viri ſententia eſt , ab aliquo virorum , fortaſſis ſuperſtitioſorum , Phratrio, ſive Secta originem habuere , quae portentoſis hiſce ſymplegmatibus oſtendere voluit varios hominum affectus, virtutes, & vitia, quae proxime beſtiis accedunt . Neque vero id erit ſuaſu difficile , quum omnes ſciant Aeſopum ſuis confictis Fabulis Philoſophiae moralis dogmata tradidiſſe . Hos vero portentorum auctores Aegyptios imitatos fuiſſe facile credam , quibus hic belluarum , & hominum complexus familiaris fuit ad exprimendas virtutes , & vitia ; quod prae aliis docet eximius locus apud Porphyrium , quem laudat ſummus vir Spanhemius in Diſſertatione V. de Praeſtantia , & Vſu Numiſmatum antiquorum ; qui etiam duos nummos Nicomedienſium adfert , in quibus dracones cum humano capite ſculpti ſunt . Adeundus , ſi quis plura cupiat , Ioannes Chifletius in Socrate , qui recondita haec aenigmaticarum Gemmarum emblemata illuſtrat .

I. D. Campiglia inv. et del. *V. Franceschini Sculp.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0258
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

CLASSIS IIII.

TABVLA LII. LIII. LIV.

IVPITER ET IVNO.

Riſcarum Gentium Fabulas, quemadmodum ex Homeri, & Heſiodi potiſſimum carminibus recte obſervat Lucianus, (1) non aliunde quam ex vetuſtiſſima omnium diſciplinarum Aſtronomia, cum qua conſentiunt, confictas eſſe compertum eſt. Nam antiqui Aſtronomi, omniumque primi Chaldaei, & Aegyptii curſum, motum, vim, naturam, poteſtatem & effectus Caeli, Solis, Lunae, ac Stellarum inveſtigantes, temporumque vices, quae ab ipſis perficiuntur expendentes, ut haec omnia rudibus hominibus declararent, varios ac multiplices Deos, qui eorum proprietates exprimerent, commenti ſunt. (2) Maiorem poſtea iiſdem Aſtronomis adhiberi fidem fecerunt veteres Poetae; qui, ornandi carminis cauſa, Deorum ſpecioſa cognomina confinxere, ut docet idem Lucianus, & Pauſanias. (3)

Deorum omnium ſupremus Rex occurrit IVPITER; qui, eo quod vel bonis, vel viribus tum Deos tum homines ſuperaret,

o

(1) Dial. de Aſtrologia Tom. III. pag. mihi 163.
(2) Vide Euſebii Praepar. Evangel. Lib. I. de Theuth. Diodorum Siculum Lib. V. pag. mihi 231. Fuſius id oſtendit prae ceteris Clemens Alex. in Admonitione ad Gentes.
(3) Lucianus in Timone in principio; Pauſanias vero in Achaicis Cap. XXI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0259
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ret, in vetuſtis aris dicitur MAXIMVS. SVMMVS. & EXSVPERANTISSIMVS. (1) Complures Gemmae in hac & in ſequentibus Tabulis eum referunt; inter quas principem locum tenet inſignis Protoma ſcalpta ex Achate Sardonyche, quae cernitur in Tab. LII. ea magnitudine delineata, quae prototypum aequat. Exquiſito artificio in ea expreſſus eſt non Μειλίχιος, hoc eſt *Placidus*, *Iucundus*, atque, ut in antiquis votivis aris appellatur, SERENVS; (2) cuius ſimulacrum, Polycleti opus, Argis cultum, laudat Pauſanias; (3) verum ſeverus, & gravis; cuius, ut ait Aeſchylus, (4) δυσπαραίτητοι φρένες, *implacabile pectus*. Diſcrimen vultus Iovis a ceteris, qui in Tab. LIII. exhibentur, facile obſervari poteſt. In his enim perſpicue apparet blandus, mitis, manſuetus, omnium votis audiendis facilis, atque ut cognominatur in vetuſta ara ei ſacra, OBSEQVENS; (5) eaque de cauſa non tenet fulmina, ut in Gemma VII. Tab LV. In Gemma II. Tab. LVI. ſceptrum gerit, & pateram, quam veteres in manibus ceterorum quoque Deorum forſitan dedere, ut oſtenderent eos libenter accipere ab hominibus libationes, iiſdemque ad beneficia praeſtanda excitari. (6) Deos interdum *Placidos*, interdum *Iratos* ſculpſiſſe veteres obſervari poteſt & in pluribus antiquis monumentis, & ſculpturis. Ita Iuno, quae cum coniuge, & fratre ſuo Iove *Milichio*, vel ſub ſpecie Iſidis cum Iove Serapide ſculpta eſt in pluribus his Gemmis Tab. LIII. I. VI. Tab. LIV. III. IV. Tab. LV. V. in priſcis ſaxis vocatur PLACIDA; (7) quemadmodum etiam Hercules, eodem cognomine ornatus, dicitur PLACIDVS. (8) Celebre fuit apud Athenienſes Iovis Ορκίου, ideſt *Iuriſiurandi Vindicis* ſimulacrum, quod deſcribit Pauſanias, (9) ſpecie perfidioſis hominibus maxime formidanda, utraque manu tenentis fulmina. Apud Lucianum (10) colloquens Iupiter cum Cupidine, iactat verbis homines prae formidine morituros ſi vultum ſuum iracundum adſpiciant. Exſtat ara memoratu digna Florentiae in Muſeo Marchionis Riccardii, in qua Iupiter ſingulari vocabulo, nec in aliis obvio, DOMINVS METVENDVS appellatur. (11) Pari modo Iſis aliquando expreſſa eſt vultu terrifico, limis, vel ira-

(1) Vide Sponium in Miſcell. Sect. III. n. 1. pag. 71. & 72.
(2) In Gruteriano Theſauro XXIII. 1. LXXVII. 6. MIX. 9. & in Miſcellaneis Sponii Sect. III. pag. 77.
(3) In Corinthiac. Cap. XX.
(4) In Prometheo v. 34.
(5) Hanc adfert Sponius in Miſcell. Sect. III. pag. 80.
(6) Vide etiam Explicationes, & Coniecturas Sen. Bonarrotii ad Monumenta Etruſca pag. 110.
(7) Apud Gruterum pag. XXV. 2.
(8) Ibidem pag. XLVIII. 9.
(9) In Eliacis Prior. Cap. XXIV.
(10) In Dial. Cupidinis, & Iovis Tom. III. pag. 190.
(11) Hanc edidi, & deſcripſi in Parte I. Inſcript. ant. Etruriae Vrbium pag. 104. n. 72.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0260
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

iracundis oculis, ut improbos homines, qui eam conſpicerent, deterreret; (1) eademque invocata ſaepe IRATA, ut violatores ſacrarum rerum, locorumque religioſorum puniret. Leguntur dirae in elegantiſſima Vrna marmorea Muſei Cerretanii Florentiae, (2) hac formula expreſſae per compendiarias notas: HANC ARAM SI QVIS LAESERIT HABEAT ISIDEM IRATAM.

Caeſaries Iovis tonſa non eſt, ſed valde promiſſa, ut cernitur in praedicta Tab. LII. & in varios utrinque pendentes cincinnos, tamquam floccos, diſpoſita, quae frequentius in Iove Serapide occurrit; barbaque aliquantulum horrida & rigens eſt, ſed non inconcinna. Pectus valde latum habet; quae omnia eximii ſcalptoris ſtudium, operiſque praeſtantiam oſtendunt.

Ornatur Iovis caput frequenter vel laurea, vel querna corona. Oleaginea cinctum eſt in Gemma I. Tab. LIII. Hoc coronae inſigne gerit quoque in nummis Achaeorum, Arcadum, aliorumque apud Goltzium; rationemque reddit Phornutus, quod oliva ſit ſemper virens, & pinguis, & multae utilitatis: (3) nam & ipſe Iupiter quod ſemper ad iuvandum ſit paratus, variis cognominibus appellatus eſt, nimirum ΒΟΥΛΑΙΟΣ *Conſiliarius*, vel *Senatorius* in Mytilenaeorum nummis, cuius etiam ſimulacrum apud Athenienſes, Piſiae arte perfectum, memoratur a Pauſania. (4) *Propugnator* quoque, *Defenſor*, *Liberator*, *Servator*, *Soſpitator*, *Stator*, *Hoſpitalis*, *Philius*, *Salutaris*, aliiſque huius generis appellationibus, quae in vetuſtis inſcriptionibus, & in nummis leguntur, ut de auctoribus ſileam, nuncupatus eſt.

Iovis REGIS, & IMPERATORIS, uti a Cicerone dicitur (5) effigiem praefert Gemma II. eiuſdem Tab. LIII. cuius caput diademate, humeri vero paludamento, regum, & imperatorum more, ornantur. Frequentius cernitur Iupiter amictus tunica, vel pallio, nuda ſuperiore corporis parte, (6) interdum nudis pedibus, interdum etiam cum calceis. Iovis Olympii ſimulacrum memoriae proditum eſt a Pauſania, (7) coronam habuiſſe ad oleagineae frondis imaginem; pallium vero tum diverſis animalibus, tum liliis, & omnibus florum generibus caelatum, ornatis pedibus aureis calceis, qui ſolium auro, & pretioſis lapidibus nitens premebant. Suppedaneum ὑποπόδιον θρῆνος Iovis throno additum

 cerni-

(1) Vide quae ibidem adnotavimus pag. LXXXIII.
(2) Conſer ibidem in Par. I. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium pag. 267. 268.
(3) Vide Gyraldum de Diis Gentium Syntagm. II. pag. mihi 73.
(4) In Aticis Cap. III.
(5) In IV. Verrin.
(6) V. Bonar. in Num. pag. 69. & Fabrett. in Add. Col. Traian.
(7) In Eliacis Prior. Cap. XI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0261
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

cernitur in VII. Tab. LV. encarpis, & bubulo cranio ornatum.

Iupiter nudus ſtans exhibetur in Gemmis VI. & VIII. in Tab. LV. ac fulmen, quod cum hymnis cultum fuiſſe apud Seleucienſes tamquam Deum, ex Appiano compertum eſt, (1) manu tenet; altera vero ſceptrum, ſive haſtam, in magno quoque honore habitam apud veteres. Hinc ab Homero, quem Poetae ſecuti ſunt, Αργικέραυνος, Ασεροπητὴς, Εριβρεμέτης, *Fulminator*, *Fulgerator*, *Tonans* dictus. (2) Pugnantem Iovem in curru quadriiugo contra Gigantum principem, vel Porphyrionem, vel Halcyoneum, quorum meminit Apollodorus, (3) vel potius Typhonem, qui eum ad pugnam provocavit, iuxta Hyginum, (4) & in eum ignita fulmina iaculantem exhibet Gemma VII. in Tab. LVII. Ipſe Gigas contra Iovem pugnat cum arboris ramo, ſive clava, ut ea tempeſtate in more poſitum fuit. Pugnare in curribus mos fuit antiquiſſimus. Aegyptiorum principes contra Hebraeos pugnaſſe in curribus, qui in mari rubro ſubmerſi ſunt, conſtat. Iovi Plato πτηνὸν ἅρμα *volucrem currum* tribuit, quem ſequitur Geniorum Deorumque exercitus. Platonem imitatus eſt Horatius: (5) verum eum haec ſcribentem ſubſannat Lucianus. (6) Ceteros quoque Deos curribus utentes Poetae induxerunt. (7)

Iovis HAMMONIS, cuius fit etiam mentio in votivo lapide apud Gruterum, (8) caput cernitur arietinis cornibus inſtructum in Gemma IV. & VI. Tab. LIII. In V. vero Gemma eiuſdem Tabulae, quod animadverſione dignùm, arietino capite pro galea, non ſecus ac Hercules tegitur; (9) apparetque poſt occiput diadema lapillis, & gemmis diſtinctum. An vero haec imago ipſum Iovem Hammonem exprimat inſignitum hoc tam raro capitis ornatu, videant docti viri. Neque etiam barba, & vultus lineamenta ipſum Iovem indicant. Hammonem Lydiae, vel Perſarum aliquem Regem libentius repraeſentari crederem; quorum & Ammiani Marcellini tempeſtate, ut ipſe narrat, (10) mos fuit, ex veteri conſuetudine depromptus, adhibere *aureum* CAPITIS ARIETINI *figmentum*, *interſtinctum lapillis pro diademate*. (11)

De

(1) Appianum vide de Syriac. pag. 125.
(2) Haec Iovis cognomina enumerat Lucianus in Timone; paſſim etiam occurrunt in antiquis inſcriptionibus, quas vide apud Gruterum pagg. XVIII. 4. XXI. 2. 6. MIX. 6.
(3) Biblioth. ſive Imag. Deorum Lib. I.
(4) Fab. CLII.
(5) Carm. Lib. I. Ode XXIV.
(6) In Piſcatore, ſive Reviviſcentibus Tom. III. pag. mihi 158.
(7) Vide Benedicti Averanii Diſſert. XXVII. in Virgilium n. 3. & 4. & in Anthologiam Diſſert. LXVIII. n. 7.
(8) Pag. XXI. 7. cui ſocius adiungitur Silvanus.
(9) Huic adſimilem Gemmam ex antiquo vitro ſui Muſei protulit Praeſul optimus, olim familiaritate mihi coniunctus, D. Franciſcus Blanchinus Veronenſis, in ſuo libro vernaculo ſermone conſcripto, *La Storia Vniverſale*, pag. 230.
(10) Lib. XIX. Cap. I.
(11) Vide Spanhemium Diſſert. VI. de Praeſtantia, & Vſu numiſm. antiq. pag. 389. & 397. edit. Lond. MDCCVI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0262
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

De origine, & cultu Iovis Hammonis, quem ab Aegyptiis Graeci, ceteraeque nationes accepere, (1) nil non perveſtigatum ab eruditis. Iuno pariter inſtructa cornibus HAMMONIA dicta eſt; atque, Pauſania teſte, apud Eleos in honore habita. (2) Ad eam ſpectare videtur nummus Pyliorum apud Goltzium, (3) in quo additis capiti cornibus ſculpta eſt. Iiſdem quoque ornata Iuno SISPITA, ſeu LANVVINA, in Latio culta. (4) Taurina cornua, & adſimiles aures capiti adfixas gerit in Gemma Medicea VIII. quam delineatam vide in Tab. LIV. de qua & inferius ſermo.

Ad Iunonem Γαμήλιον *Nuptialem*, ſeu *Pronubam* referri poteſt Gemma III. quae exhibetur in Tab. LVI. Ardentem facem gerit manu elatam, eodem modo ut in nummis Germenorum; (5) peplum ſupra caput eius attolente Zephyro, videturque inter haec choreas agere. In nuptiarum pompa permultas faces noctu deferri conſueviſſe ante ſponſos, nemo eſt qui neſciat. Ferunt eamdem Iunonem praetuliſſe facem in nuptiis Thetidis; nam etiam matres nubentium iiſdem praelucere facibus in more habuere. (6) Praeit Iunonem Cupido *Arcitenens*; quam tamen comitatur in anaglypha ſculptura inſignis Sarcophagi exſtantis in Hortis Principum Mediceorum ad Rus Caianum, quam delineari & aeri incidi feci, & quam primum in lucem proferam. Neque tamen renuam imaginem huius elegantiſſimae Gemmae referri etiam poſſe ad Venerem Νύμφην *Sponſam*, cuius meminit Pauſanias; (7) quae etiam nuptiarum effectrix, ac ſervatrix Dea habita eſt.

Celebriores Iovis transformationes obſervare licet in pluribus Gemmis expreſſas; quarum prima omnium rariſſima atque elegantiſſima eſt, in qua Danaë aeneo cubiculo ſub terram a patre Acriſio incluſa, genibus incumbens conſpicitur, ſinu ſuo illapſum deſuper aureum imbrem excipiens, in quem converſum ferunt Iovem ut eius amore frueretur, (8) Iupiter in ſolio ſedet, extenſis brachiis aureum imbrem effundens, adſtante aquila,

(1) Id intelligi poteſt ex nummis plurium Coloniarum, quos adfert Vaillantius, in quibus impreſſum eſt caput Iovis Hammonis. Vide in nummo Coloniae Caſſandrenſis Par. I. pag. 109. A Romanis quoque cultum fuiſſe oſtendit votiva Tabula in Opere Gruteriano p. XXI. 7. in qua cum Silvano coniungitur, & ſcriptum eſt HAMMONIS, non *Ammonis*.
(2) In Eliacis Prior. Cap. XVI.
(3) Vide etiam Spanhemium de Praeſt. & Vſu Numiſm. Diſſert. VII. pag. 391.
(4) Spanhemius ibidem.
(5) Conſer eumdem Spanhemium in Epiſt. II. ad Andream Morellium pag. 116. quem etiam vide in Hymnum Callimachi in Apollinem pag. 57.
(6) Apollonius Rhodius Lib. IV. Arg. V. 808. ad quem locum etiam vide eius interpretem, quem citat L. Begerus in Theſauro Brandemburgico Selecto Gemmarum &c. pag. 173. 174.
(7) In Corinth. Cap. XXXII.
(8) Vide Apollodorum Lib. II. Biblioth.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0263
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

la, cygnoque fulmini insistente, in quem se convertit ut Leda potiretur, quemadmodum ostendunt Gemmae VII. & VIII. in eadem Tabula.

Ganymedes pereximiae formae puer, pastor ovium, pedum aduncum gerit, nudusque scopulo insidet, & aquilae, a qua, converso in eam Iove, raptus est, ambrosiam e scypho ministrat, quem refert Gemma V. in eadem Tabula. In VI. vero quae sequitur, idem Ganymedes aquilae adblanditur, indutusque est chlamyde, suspensa in humeris pharetra: ex quibus intelligi facile potest eum valde studiosum venationis fuisse; nam eodem cultu expressi in antiquis sculpturis Heroes venatores. Vasculum ambrosiae, cui ministrandae, repudiata Hebe, in Deorum concilio & ipse immortalitate donatus, praefectus est, impositum cernitur columnae, ut in aliis sculpturis. (1) In utraque Gemma pileum Phrygium capite gerit patrio more. (2)

Europam Agenoris regis filiam, Cadmi sororem, summa corporis venustate praeditam, raptam ab Iove, adsumpta tauri forma, ab egregiis scalptoribus caelatam, exhibent Gemmae IX. Tab. LVI. & I. & II. Tab. LVII. atque in hac postrema, raritate sua insigni, taurus Iovis vultum sub humana specie, ipsa vero Europa dum vehitur thyrsum praefert. Huius raptus fabulam a Phoenicibus pervulgatam, (3) pereleganter pingit, & ob oculos ponit Zephyrus cum Noto colloquens apud Lucianum; (4) qui raptorem Iovem comitatum a Cupidinibus Hymenaeum canentibus, facesque accensas ferentibus, omnibus marinis Diis Deabusque plaudentibus narrat.

In sequenti Gemma III. in eadem Tabula expressa est Io Inachi filia, foetae bovis forma, quam Argus eius matris frater sub arbore sedens custodit, iacente ad pedes cane. Omnia vel trimis pueris satis nota. Eamdem quoque ferunt relatam in Dearum numerum, cultamque praecipuo honore a Gazensibus, qui in suis nummis eam expressere. (5)

In Gemma IV. Tab. LVII. tres Dii Capitolini, Συνναοι, seu *Contemplanei* (6) Penates Romanorum crediti, exhibentur; ac si ectypum eiusdem Gemmae observetur, eo modo disposita conspi-

(1) Vide Sen. Bonarrotium in Observat. in num. max. m. in fronte libri, & pag. XXVI.
(2) Adi Lucianum Tom. IV. in Deorum Dialogis pag. 3. Apollodorum in Biblioth. Lib. III. Clementem Alexandrinum in Admonit. ad Gentes pag. mihi 23.
(3) Ex Luciano de Syria Dea, fere in principio.
(4) In Dialogis Metrinorum Deorum Tom. IV. pag. 25. 26.
(5) Confer Norisium de Epochis Syromaced. Dissert. V. pag. 423.
(6) Vide Macrobium Saturnal. Lib. III. Cap. IV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0264
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſpiciuntur ut in Cellis locati fuerant in aede Capitolina : nimirum medio Iove , Minerva ad dexteram eius , ad laevam vero Iunone ſedentibus . Gemmam huic ſimilem e ſuis Cimeliis deprompſit Fabrettus , quem vide . (1) In anaglypho quoque ex ebore Muſei Carpinei, quod protulit in fronte libri ſuarum eruditiſſimarum Obſervationum Senator Philippus Bonarrotius , ad dexterum latus Iovis ſedentis ſtat Minerva , ad ſiniſtrum vero Iuno , quae eum coronat , impoſito columellae ambroſiae vaſculo . In votivis vero inſcriptionibus primum Iupiter , deinde Iuno & Minerva recenſentur , quae in Gruteriano Theſauro legi poſſunt . (2) Apud Homerum Dii in concilium vocati ad ſententiam dicendam , in aureo pavimento ſedentes deſcribuntur , quibus Hebe nectar miniſtrat . (3)

TABVLA LV. LVI. LVII. LVIII. LIX.

SERAPIS ET ISIS ALIIQVE AEGYPTIORVM DII.

IOvi iungitur SERAPIS in his Tabulis , quem Aegyptii Deum maximum , eumdemque cum Iove , Oſiride , Baccho , Plutone , Pane , Aeſculapio , & Apolline , ſeu Sole eſſe prodiderunt ; quod ſatis cognitum eſt praeſertim rationibus Plutarchi , (4) Diodori Siculi , (5) & Macrobii , (6) ut ceteros auctores , qui idem ſentiunt , omittam. Specioſis ornatur appellationibus in vetuſtis tabulis , & aris eidem dedicatis , quas adnotare libet ; nam Deus ΜΕΓΑΣ . ΜΕΓΑΛΟΣ . ΜΕΓΙΣΤΟΣ . *Magnus* , *Maximus* , (7) atque , ut Iupiter apud Homerum , ΤΥΨΙΜΕΔΩΝ . hoc eſt *Altipotens* ,

(1) In Addendis ad pag. 78. A. Syntag. de Col. Traiani .
(2) Pag. IV. 8. 12. V. 3. 4. 5. & 6.
(3) Iliad. Lib. IV. fere in principio .
(4) Lib. de Iſide, & Oſiride .
(5) Lib. I.
(6) Saturnal. Lib. I. Cap. XX.
(7) In Gruteriano Opere pagg. LXXXV. 3. 4. CCCXIV. 1. & apud Fabrettum Inſcr. ant. Cap. X. n. 345.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0265
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tens, *in excelso imperans*; (1) item AVGVSTVS. (2) OPTIMVS. MAXIMVS. (3) SERVATOR. DEVS INVICTVS appellatur. (4) In fragmento Graecae inscriptionis apud Fabrettum ΖΕΥϹ. ϹΕΡΑΡΙϹ *Iupiter Serapis* dictus est. (5) Caput eius calatho, radiis, & cornibus Iovi Hammoni datis insignitum est in Gemma VIII. Tab. LIII. propterea quod idem sit cum Iove, & Sole: nam vota pro salute ei nuncupata vel gratiarum actiones redditae leguntur in antiquis inscriptionibus cum titulo I.O.M. SARAPIDI. (6) & ΔΙΙ. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ϹΑΡΑΠΙΔΙ. *Iovi Soli Magno Sarapidi*; (7) atque in alio vetusto lapide Sentinate haec epigraphe insculpta est, (8) quae multorum lucis accepit ab hac ornatissima Gemma.

IOVI. SOLI
INVICTO. SARA
PIDI. T. AELIVS. AN
TIPATER. PROC
AVGG. CVM. VMBRICIA
BASSA. CONIVGE. GRATIAS
AGENTES. POSVERVNT.

Sceptrum, vel hastam, & thronum, sive solium cernimus ei tributum non secus ac Iovi in pluribus nummis, atque in eo quem Epiphanienses in honorem Imperatoris M. Antonii Gordiani excuderunt, quem exhibet praestantissimus Norisius, (9) & in vetustis sculpturis apud Fabrettum; cui etiam adstat, triceps ille Orci ianitor, Cerberus. (10) In Gemmis, quae in his Tabulis exhibentur, eidem sedenti adstat aquila, quemadmodum in Gemma VI. Tab. LVII. vel sub eius imagine sculpta est, ut in Tab. LIV. in Gemmis IX. X. & XI. & in II. Tab. LV. Sub ipsa

(1) In Inscript. antiquis Io. Bapt. Donii Classe I. n. 82.
(2) Apud Gruterum LXXXV. 7. Reinesium Cl. I. 44.
(3) Apud eundem Reinesium Cl. I. 137. Gruterum XXII. 7. 8.
(4) In Thesauro Gruteriano pag. LXXXV. 8. Apud Fabrettum Cap. VI. Inscr. ant. n. 106.
(5) Inscr. antiq. Cap. VI. n. 104.
(6) Penes Gruterum XXII. 7. 8.
(7) Ibidem XII. 10. Aliam inscriptionem adlatae similem vide apud Fabrettum Inscr. ant. cap. X. n. 545.
(8) In Thesauro Gruteriano XXII. 9. Fabrettum quoque adi Inscr. ant. Cap. VI. n. 107.
(9) De Epochis Syromaced. Dissert. III. Cap. IX. §. VI. pag. 285.
(10) Ibidem pag. 467. & 468.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0266
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ipſa quoque ſculptus aries, ut in Gemma XII. Tab. LIV. ea de cauſa quod Iupiter ſitienti Libero Patri cum exercitu ſuo in Arabiae deſertis, opemque imploranti, apparuerit in forma arietis, concuſſaque pedibus terra, fontem oſtenderit: quamobrem illic ei templum Liber aedificavit; (1) ac deinceps Iovem Hammonem, hoc eſt *Arenarium* vocarunt, eiuſque caput effinxerunt ornatum cornibus arietinis. Celebre eſt cognomen Iovis ΜΗΛΩΣΙΟΥ *Pecuarii*, ſive *Pecoralis*, cuius cultus frequens fuit in inſula Naxo; in qua inventa eſt inſcriptio eidem dicata, quam evulgavit Sponius. (2) Nam μῆλα Homero *pecora* ſunt, ſive *oves* in Iovis tutela; & μηλωτὴς Heſychio eſt *ovium cuſtos*.

In Gemma pulcherrima, quam adfert Maffeius Eques, (3) pone caput Serapidis ornatum radiis, calatho, ſive modio, & arietinis cornibus, additus eſt tridens, cui ſerpens circumvolutus eſt: e quibus ſymbolis argui poteſt veteres credidiſſe Serapidem eumdem eſſe cum Iove *Supero*, cum Iove *Terreſtri*, nimirum Neptuno, & cum Iove *Infero*, ſeu, ut in antiquis inſcriptionibus dicitur, STYGIO, hoc eſt Plutone. (4) Per Serapin ſiquidem veteres univerſam molem, & ipſa rerum principia intellexerunt; aerem ſcilicet, ignem, aquam, & terram: per aerem ſeorſum Iovem, per ignem Solem, per aquam Neptunum, per terram Plutonem interpretati ſunt, atque haec omnia in uno Serapide agnoverunt. (5) Serpens eidem ſacer eſt quemadmodum Aeſculapio, ad declarandam eius ſalutarem virtutem, qui etiam in orbem convolutus mundi imago eſt; (6) in quem ipſe quoque deſinit in antiqui marmoris anaglypho, cuius ſchema exhibet laudatus Fabrettus. (7) Serapidi dedicatum ſerpentem fuiſſe oſtendit ara ex viſu eidem poſita a M. Vibio Oneſimo, in qua ſuperne ſerpens humano pedi advolutus conſpicitur inter duas Sphinges. (8) Adlatae Gemmae ab Equite Maffeio alia adſimilis eſt, iiſdemque ſymbolis ſculpta, quam profert e Theſauro Brandemburgico Laurentius Begerus, (9) in qua idem Serapis Pantheus ſculptus eſt, non *Barbatus*, ſed iuvenili florida iuventa conſpicuus, eodem prorſus modo ut Iupiter iuvenis repraeſentatur.

(1) Vide Hygini Poet. Aſtron. n. XX. Lucanum Lib. III. & IX.
(2) In Miſcell. Sect. III. n. IX. pag. 76.
(3) In Par. II. Gemmar. ant. Tab. XXX.
(4) Plutarchus de Iſide, & Oſiride pag. 362. Porphyrius apud Euſebium de Praepar. Evang. Lib. IV. Cap. ult. Diodorus Siculus Lib. I. Tacitus Lib. IV. Hiſtor. Pauſanias in Corinth. Cap. III. Martianus Capella Lib. II. p. 54. Iulianus Orat. ad Solem. Vide etiam Fabrettum loco ſupraſcr.
(5) Vide Macrobium Saturn. Lib. I. Cap. XX. Vaillantium in Numiſmat. Colon. Par. I. pag. 241. 242. in nummo Coloniae Caeſareae.
(6) Ex Macrobio Saturnal. Lib. I. Cap. IX.
(7) Inſcr. ant. Cap. VI. pag. 471.
(8) Apud eumdem Fabrettum pag. 476. v. XX.
(9) Gemmarum pag. 83.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0267
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tatur . Serapidis iuvenis , ſive Oſiridis , & Solis Mithrae effigiem , qui idem cum eo habitus eſt , exhibet Gemma III. in Tab. LVIII. qui dextra manu elata cum Iſide colloquitur . Caput eius radiata corona inſignitum eſt ; in compluribus vero Mediceis Gemmis caput Serapidis diademate nobilitatum eſt , impoſito ſuperne calatho , ſive modio , ſeu potius columella , ut coniicit Senator Philippus Bonarrotius , (1) vel rudium ſimulacrorum veſtigio , quae antiquiori aevo ab Aegyptiis erigi , ac dedicari ſolebant in perenne monumentum virorum illorum , a quibus ſummis beneficiis adfecti fuerant ; eaque de cauſa Diis , Deabuſque hoc inſigne tribuerunt , itemque ſacris animalibus , & Sphingi , ut cernitur in nummo M. Aurelii a Gabalenſibus percuſſo , (2) ut eorum eximiam erga ſe beneficentiam teſtarentur . Hic calathus , ſive modius ornatus interdum occurrit , ut videtur , gemmis duplici ordine , ut in Sarda I. Tab. LIV. vel foliis perſicae arboris ſacrae apud Aegyptios , ut in Gemma II. & III. in eadem Tabula , vel interdum aliquibus cavaminibus. Macrobius (3) cenſet verticem Serapidis inſignitum calatho altitudinem ſideris , & potentiam capacitatis oſtendere , quia in eum omnia terrena redeunt dum immiſſo calore rapiuntur . Alii ad agriculturae inventionem , & frugum augendarum vim referunt ; quare in antiquo lapide Serapis FRVGIFER nuncupatur . (4) Eidem latrans canis adpoſitus cernitur , Mithrae ſacer , qui ad Solem generationis auctorem refertur , viſiturque in Tabulis Mithriacis exſculptus , quas pererudite explicat Philippus a Turre Epiſcopus Adrienſis . (5)

Perrarae ſunt , multamque eruditionis frugem continent tres Gemmae , nimirum I. II. & III. e Theſauro Mediceo depromptae , quae Tabulam LV. ornant . Videntur ſculptae in memoriam beneficiorum , quae aliqui homines Serapidis praeſidio conſecuti ſunt ; eaſque , ut mea fert opinio, deferre in anulis conſuevere , ut adſidue ante oculos haberent praeſentis eiuſdem numinis circa ſe benignum effectum . Serapidem vero inter *Auxiliares* Deos habitum eſſe ſatis compertum eſt . (6) Vota pro ſalute , & incolumitate , tum Imperatorum , tum privatorum hominum nuncupata , templa , aras , & ſtatuas dedicatas fuiſſe

Salu-

(1) In Obſervationibus in Numiſm. max. mod. e Muſeo Carpineo Tab. XIV. n. 6. pag. 273.
(2) Exhibet Norifius de Epochis Syromac. Diſſ. III. Cap. VIII. §. III. pag. 253.
(3) Saturnal. Lib. I. Cap. XX.
(4) Apud Reineſium Cl. I. n. 137.
(5) Hunc vide de Mithra Cap. IV. in principio .
(6) Conſulendus Tomaſinius Cap. XXXIII. de Donariis .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0268
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Salutaribus Diis, ipſique Serapidi, vel gratiarum actiones iiſdem perſolutas, teſtantur antiqui lapides, quos indicaſſe ſufficiat. (1)

In I. igitur Gemma viſitur caput Serapidis ΙΑΤΡΟΥ *Medici*, ac Medicinae Dei, eiuſdemque auctoris, ut docet M. Varro, (2) & Nonius Marcellinus; (3) ſive, ut in antiquis inſcriptionibus, & nummis appellatur, ΣΩΤΗΡΟΣ, *Salutaris*, *Servatoris*, atque *Conſervatoris*, (4) quod humano pedi veluti quodam clavo illud ſuſtinente infixum eſt, adpoſito ante eius faciem aſtro. Hac ſculptura fortaſſis vel itum, ac reditum felicem ſe habuiſſe, vel potius liberatum fuiſſe a gravi infirmitate, Serapidis ope, teſtari voluit vir ille qui hanc gemmam geſtavit, vel etiam Serapidi voti cauſa donavit. Nam etiam Gemmas σώστρα, καὶ χαριστήρια *pro ſalute*, *& gratiarum actione*, ut in antiquis inſcriptis marmoribus legitur, (5) Diis dedicari conſueviſſe, perſpicuum eſt; quod etiam alibi obſervavi quum illuſtrarem Gemmam magnitudine & artificio inſignem, ornatam Herculis imagine, eidemque conſecratam ab Hephaeſtione, Apollodori filio, Agonotheta Thyatirenorum. (6) Morbum vero illius hominis podagram forſitan fuiſſe indicat hic truncus pes, qui Dei Liberatoris imaginem praefert. Veterrimus enim mos fuit eorum qui convaluerant, adfigere in templo Salutarium Deorum, quorum auxilio ſanatos ſe fuiſſe credebant, adfectae partis imaginem ex auro, & argento aliave ex materia; de qua conſuetudine Iacobus Philippus Tomaſinus luculenter agit in ſingulari libro de Donariis, ac Tabellis Votivis. Eodem morbo liberatum fuiſſe M. Vibium Oneſimum coniicit Fabrettus, qui eius aram marmoream adfert, (7) in qua ſuperne inter Sphinges pedem ſuum ſculpi voluit, circumplexum a ſerpente circa infimi cruris articulum, ubi maximos eius valetudinis dolores, quos mirifice deſcribit Lucianus, (8) fieri aiunt. Opinionem hanc ſuam Fabrettus firmare poterat auctoritate votivi lapidis, qui eum fugit, exſtantis Albae Iuliae, quem adfert Gruterus, (9) ex quo diſcimus Serapidis auxilio C. Valerium liberatum fuiſſe A CARPIS, fortaſſis a chiragra,

(1) In Gruteriano Opere p. LXXXV. 1. 3. 4. 6. LXXXIV. 7. 8. 9. 10. Apud Fabrettum Inſcr. ant. Cap. VI. n. XX. n. 106. 107. & n. XXII. In Donianis Inſcriptionibus Cl. I 10. 19. 80.

(2) In Eumenidibus.

(3) Cap. XVII. n. 104. Vide etiam Turnebus Lib. III. Cap. VIII. Averſar. & Iac. Phil. Tomaſinum de Donariis Cap. XXXIII.

(4) In Theſauro Gruteri p. LXXXV. 8. In Syntagmate Reineſiano Cl. I. n. 253. Vide etiam Goltzium in Indice cognominum Deorum.

(5) In Donianis Inſcriptionibus Cl. I. n. 86. & 87.

(6) Vide in Par. I. Inſcript. ant. Etruriae Vrbium pag. XLIV. & XLV.

(7) Inſcript. ant. Cap. VI. n. XX. Adſimilem pedem ex Muſ. Kirch. adfert P. Bonanni S. I. in Tab. XXIII. n. 5. pag. 78. 79.

(8) In Tragopodagra.

(9) Pag. LXXXV. 9.

quae tum manuum articulos, tum carpos intercipit. Curationem valetudinis per ſomnium aegri accipiebant a Serapide, ceteriſque ſalutaribus Diis, plerumque in templis eorumdem dormientes. (1) In tutela pariter Iſidis SALVTARIS fuiſſe pedes oſtendit praelaudatus Fabrettus, (2) adlatis pluribus votivis tabulis marmoreis eidem ſacris, in quibus veſtigia pedum tum euntium, tum redeuntium ſculpta ſunt; fortaſſis, ut interpretor, poſita, atque in Templo Iſidis, & Serapidis dedicata ab iis qui peregre profecti, felicem itum, & reditum auxilio eorum habuerant: quamquam & Fabretto adſentior, adfirmoque Iſidem quoque pedum aegritudine adfectorum curam habuiſſe.

Aſtrum vero, quod poſitum eſt iuxta caput Serapidis, Solem deſignat, ac proinde eiuſdem Dei virtutem, ac potentiam, (3) qui ut diximus, idem ac Sol habitus eſt; quam virtutem ut aegroti beneficam experirentur, nuncupatis votis exorare ſolebant, quemadmodum antiqui lapides perſpicue declarant. (4) Perſaepe etiam in his Gemmis circa caput eiuſdem Serapidis vel duo aſtra, vel unicum aſtrum cum Luna creſcente ſculpta ſunt. Vnum ex his Serapidi, alterum vero aſtrum, ſive Luna Iſidi, Serapidis coniugi, tribui debet, quae cum eo ſculpta eſt in Gemmis III. & IV. Tab. LIV. & in V. Tab. LV. & in V. & VI. Tab. LVII. itemque in II. & III. Tab. LVIII. Individuus fuit horum Numinum cultus; nam nuſquam fere Iſis ſine Serapide colebatur; quod etiam indicant complures inſcriptiones antiquae votivae, quae Iſidi iunctae Serapidi ſacrae ſunt. Iſidem vero Luna deſignari nemo eſt qui dubitare poſſit, quum Iſis eadem ac Luna ſit, ſive Diana, ut oſtendit Plutarchus. (5)

In II. Gemma votiva, quae, ut diximus, in eadem Tab. LV. conſpicitur, quamquam rudi opere caelata, ſculptum eſt medium inter duo militaria ſigna humi fixa caput Iovis Serapidis, ſub quo aquila ſtat expanſis ad volandum alis; quae quum Solis maximam virtutem, altitudinem, & velocitatem exprimat, ſacra fuit Soli Mithrae, ac proinde Serapidi, (6) eorumque ſymbolum. Ex altera parte haſtae innititur miles, quieſcenti ſimilis, qui ſcutum humi demiſſum tenet. Votivam hanc Gemmam in memoriam beneficiorum acceptorum a Serapide inſculpi ſibi voluiſ-

(1) Teſte Cicerone Lib. II. de Divinat. & Suetonio in Veſpaſ. Cap. VIII.
(2) Inſcr. ant. Cap. VI. n. 111. 114. 115. & 117.
(3) Vide Macrobium Saturn. Lib. I. Cap. XX.
(4) Vide Gruterum p. XXXII. 10. 11. Sponium Sect. III. p. 87. Fabrettum Cap. III. n. 9.
(5) In Lib. de Iſide, & Oſiride.
(6) Ex Porphyrio Lib. IV. de Abſtin.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0270
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

luisse puto aliquem militem, qui ex eius indulgentia ab Imperatore honestam missionem, vel promotionem ad maiores militiae gradus, uti optaverat, consecutus est, eidemque voti compos, hoc monumentum persolvit, vel tamquam perenne beneficii testimonium apud se retinuit. Constat enim veteranos milites, militia functos, Diis vota, quae susceperant, persolvisse, gratiasque iisdem egisse pro honesta missione quam acceperant; quod plures inscriptiones testantur. Ex antiquitatis penu libet hanc votivam epigraphen depromere, quae huic Gemmae lucem confert, quum dicata sit Soli Deo Invicto a P. Aelio Amando ex numero Equitum singularium Augusti, accepta honesta missione; quae appellatio eidem quoque Serapidi convenit, qui ut supra vidimus, IVPITER SOL INVICTVS dicitur. Hanc edidit Fabrettus, sub qua Solis protomam radiato capite sculptam esse testatur. (1)

SOLI . INVICTO . DEO
EX . VOTO . SVSCEPTO
ACCEPTA . MISSIONE
HONESTA . EX . NVME
RO . EQ . SING . AVG . p
AELIVS . AMANDVS
D . D . TERTVLLO . ET
SACERDOTI . CoS

Compertum quoque est iisdem de causis dona a militibus data Diis fuisse. Signum aereum Pantheum Diis Deabusque dedicavit C. Iulius Africanus, natione Brixello, Optio Equitum Cohortis VIII. Praetoriae. T. Fonteius Spendianus Praepositus Frumentariorum Legionis Primae Minerviae Felicis aquilam eiusdem Legionis dono Diis dedit, ut colligitur ex Donianis Inscriptionibus, quas vide. (2)

His

(1) Inscr. ant. Cap. V. n. 8. & vide Cap. III. n. 119. Alia vota Militum vide in Gruteriano Opere pag. XVIII. 9. XIX. 4. XX. 2. XXII. 13. XXIII. 2. 6. 7. 8. & Serapidi sacras LXXXV. 8. Ibidem p. XXXI. 9. votum Soli, Serapidi, Iovi, Libero Patri, Mercurio, & Silvano.
(2) Classe I. n. 67. & 69.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0271
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

His addendae Gemmae, ut veteres credebant, σωτήριαι *ſalutares*, ſculptae Serapidis imagine, quibus pro amuleto utebantur. Perſpicuum ſiquidem eſt Serapin connumeratum fuiſſe inter Deos valde beneficos, itemque τεραςίας, ἀλεξικάκους, *auctores prodigiorum*, *malorumque depulſores*. Fuit olim apud noſtrum civem anularis Gemma ex onyche, Serapidi ſacra, pro amuleto adhibita, ad omnia mala averruncanda, in qua haec epigraphe legebatur inciſa in averſa parte: ΝΙΚΑ Ο ΣΕΡΑΠΙΣ ΤΟΝ ΦΘΟΝΟΝ. hoc eſt: *Vincit Serapis invidiam*, nempe *malum*, ſeu *invidum fatum*: quod ad Nemeſis poteſtatem veteres reducebant, nimiae hominum felicitati adverſantis, & infortunia immittentis; (1) vel etiam ad vim Mortis: nam immaturo interitu e vita decedentes *ab invidia rapi* dicebantur, ut in pluribus antiquis inſcriptionibus Graeco vel Latino carmine conceptis me legere memini. (2)

Serapidis beneficentiam, ut mihi videtur, indicat Gemma III. rariſſima in eadem Tab. LV. delineata; quae non adeo labefactata eſt temporis iniuria ut perſpicue non repraeſentet Serapidis caput diademate, & calatho ornatum, cui dedicata eſt perelegans lucerna, quae in honorem eius ardet poſita ſuper candelabrum. Vſus ponendi lucernas ſuper candelabra non ſolum in templis, verum etiam in domibus privatorum cognitus eſt etiam ex ſacris Paginis. (3) In tricliniis quoque & in balneis ſuper candelabrum lucerna ponebatur, quod alibi accuratius tangam. Splendidam lucem adfert huic Gemmae Mediceae ornatiſſimae vetus marmor Graece inſcriptum, Serapidi Iovi Soli magno conſecratum, quod Romae inventum in quodam templo, fortaſſis eiuſdem Serapidis, producit Reineſius, (4) multis tamen mendis inquinatum; quae idem docte, ut ſolet, expungit, ad quem lectorem mitto. Ex eo diſcimus A. Caſſium Eutychum, Neocorum magni Serapidis, multis ab eo auctum beneficiis, pro gratiarum actione eidem ceteriſque contemplaneis Diis dedicaſſe lampadem argenteam, & tres aras, & lychnuchum, item thymiamaterium, ſive thuribulum igniferum.

Opportune etiam in rem meam illuſtrant hanc Gemmam duae inſcriptiones antiquae, quarum prima adhuc inedita inciſa eſt in columella marmorea quadrata unius pedis altitudinem, triumique

(1) Vide Ariſtotelem de Mundo; & Salluſtium Philoſophum de Diis, & Mundo Cap. X.
(2) In hanc rem nonnulla adnotata vide in Par. I. Inſcr. ant. Etrur. Vrbium pag. 374.
(3) Exod. Cap. XL. 4. Num. Cap. IV. 9. VIII. 3. Matth. Cap. V. 15.
(4) Cl. I. n. CXCIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0272
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

que pollicum craſſitudinem habente, quae cum aliis pluribus antiquis monumentis adſervatur penes Iacobum Philippum DOrville Eloquentiae Profeſſorem in patria Amſtelaedamenſi Academia, virum omnigena excultum eruditione, & humanitate, qui quum Florentiae moraretur praeclaris vacans lucubrationibus in lucem edendis, mecum communicavit: altera ex corpore veterum Inſcriptionum a Marquardo Gudio collectarum deprompta eſt, quam edidit eruditiſſimus Hadrianus Relandus in Faſtis Conſularibus. (1)

P. FVFICI
VS. PRIMI
GENIVS
SANCTO
SILVANO

COLVMEL
LAM. CVM
LVCERNA
AEREA
D. D

OPI. DIVINE. S.
M. PVRELLIVS. M. F.
PAL. TVTELIANVS
FLAMEN. FLAVIAL.
CVRATOR. AEDIVM
SACR. PATRON. COLL.
AVRIF. QVINQVENN
III. DD. SIGN. CANDELABR.
BASEM. ET. HYPOBAS.
CVM. AR.
III. NON. FEBR.
L. TORQVATO. III. ET
C. IVLIANO. VETERE
COS.

Ex his facili negotio colligitur lucernas Diis Deabuſque dedicatas fuiſſe, poſitaſque vel ſuper columellas, vel ſuper candelabra ante ſigna eorumdem, additis etiam baſibus, & hypobaſibus cum aris. (2)

Harum igitur veterum inſcriptionum auctoritate credi forſitan poteſt, aliquem hominem pro collatis in ſe beneficiis eidem numini candelabrum cum lucerna perpetuo ardente dedicaſſe;

(1) Pag. 7. L. Torquati III. & C. Iuliani Veteris Conſulatus incidit in annum V. C. CM. Chriſti vero CXLVIII.

(2) Cetera quoque donaria in templis Deorum poſita ſuper baſes, & hypobaſes leguntur in antiquis inſcriptionibus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0273
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

caſſe ; cuius etiam beneficii , ut apud ſe perennis exſtaret memoria , haec donaria in anulari Gemma , quam protulimus , ſculpi voluit .

Superſunt alia in ea obſervanda , nempe mus ſcandens candelabrum , quem vel tamquam rem ludicram addere potuit ingenioſus ſcalptor , quaſi olei , & ellychnii lucernarum cupidiſſimi helluonis , everſoriſque earumdem poſitarum in templis Deorum : quare , ut legitur in ludicro Batrachomyomachiae poemate , Minerva roganti Iovi parenti ſuo negat ſe opem laturam eſſe muribus contra ranas pugnantibus , quod in templo ſuo ſemper ſubſilientes , ferculorum odore , victimarumque crematarum nidore excitati , coronas , & lucernas olei cauſa deſtruant , peplumque ſuum corrodant . Murem inſculptum vidi in Gemma , citharae chordas arrodentem ; quam quidem Gemmam cum eodem argumento egregie illuſtrat Tulli Gemini epigramma in Anthologia . (1) Sculpti quoque ſunt duo mures circa ſuppedaneum ſcabellum ſubiectum ſolio in quo ſedet Homerus , in Tabula Iliadis expreſſus . (2)

Verum ſi mus ſcandens Serapidis candelabrum , arbitrio ſcalptoris additus non ſit , indicare poteſt eiuſdem Dei virtutem abigendi mures , quos ſcimus perſaepe e terra exortos complurium urbium incolas coegiſſe , relicto patrio ſolo , alias ſedes ſibi quaerere ; quod de Troadibus , (3) & de Gyari inſulae incolis Plinius , (4) deque Abderitis memorat Iuſtinus , (5) & de quibuſdam etiam Italiae populis Aelianus . (6) Idem auctor narrat mures in Aegypto poſt pluviam obortos , longe lateque totis arvis vagantes , maxima calamitate Aegyptios afficere conſueviſſe , corroſis ſpicis , ſucciſiſque ſegetibus ; qui tamdem nulla arte nulliſve inſidiis eos repellere valentes , quum aptiſſimi ad ſaliendum reptandumque per muros etiam leves , & incruſtatos eſſent , de ſpe , & conatu depulſi , ad deprecandam ſuppliciter a Deo calamitatem ſe convertebant ; quare mures divinae tamdem irae metu in montem quempiam aufugiebant . (7) Hunc Deum murium depulſorem apud Aegyptios , cuius nomen tacuit Aelianus , Serapidem fuiſſe auguror ; eaque , ut arbitror , de cauſa in candelabro eidem dedicato ſculptum eſſe murem . Pari beneficentia uſam

(1) Lib. I. Cap. XXII. n. 10.
(2) Vide apud Fabrettum Tab. n. III. pag. 315.
(3) Lib. X. Cap. LXV.
(4) Lib. VIII. Cap. LVII.
(5) Lib. XV. Cap. II.
(6) De Animal. Lib. XVII. Cap. XLI.
(7) Ex eodem Aeliano Lib. VI. Cap. XLI. V. Euſtathium in Lib. A. Iliad. n. XLV. & XLV. p. 75. nov. edit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0274
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

uſam fuiſſe Iſidem ferunt in Aegyptios vexatos a ſcorpionibus venenoſis, ad quos avertendos mulieres ad eius templum lugentes nudis pedibus incedebant. (1) Ita quoque in tripode Apollinis *Sminthei*, hoc eſt *murium interfectoris*, qui erat in eius templo apud incolas Amaxiti Troadis, effigies muris inſculpta erat, eodem Aeliano auctore; qui etiam mures ab iiſdem adorari narrat. (2) Euſtathius memoriae proditum adfirmat in urbe Chryſa fuiſſe templum Apollinis Sminthei, muremque ſub pede eius ſimulacri iacuiſſe, Scopae Parii opus, veluti ſymbolum quod veram nominis eiuſdem Dei *Servatoris* rationem ſervabat. (3)

Poteſt etiam haec inſignis Gemma deſignare fortaſſis votum privati alicuius hominis, qui ab imminenti periculo vel domus, vel muri ruinoſi ope Serapidis liberatus fuerit, eaque de cauſa candelabrum cum lucerna accenſa in eius templo dedicaverit, inſculpto mure eo in loco, ut facilius cerni poſſet: nam ex omni aedificio, ſeu domo, cuius ruinae impendeant, mures eas praeſentientes, ut primum datur, celeriter demigrare dicuntur. Hanc quoque coniecturam illuſtrat vetus epigramma incerti Poetae in Anthologia, (4) qui ait Serapidem in ſomnis admonuiſſe quemdam latronem, qui noctu dormiebat prope murum ruinoſum, ut quantocyus ſurgens illinc abiret; qui murus, dum latro fugeret, ſtatim concidit: quare latro mane τὰ σώτρα, ut in eodem epigrammate legitur, pro ſalute ſua ſolvit.

Propitium fuiſſe navigantibus Serapidem declarat Gemma I. Tab. LVIII. quae navem inſculptam praefert, ſecundo vento delatam; quae pro tutela eumdem Serapidem habet; infixa, ac poſita eius protoma in puppi, quo in loco tutelaria numina ſtatuebantur; quum e contra inſignia navium vel picta, vel ſculpta in prora eſſent. (5) Hinc quoque deduci poteſt trieres, liburnas, ceteraſque veterum naves, non modo nominibus Deorum Dearumque inſignitas fuiſſe, verum etiam ſimulacris, ſeu pictis imaginibus. Tutelarium numinum ſimulacra ex ebore, aut ex alia pretioſa materia caelata erant, aut inaurata ſi lignea. (6) Praecipua navium tutela fuit Dea Iſis, a qua, ut legitur in vetuſtis inſcriptionibus, (7) cognominatae trieres, & naves; nam

(1) Ex Aeliano de Animal. Lib. X. Cap. XXIII.
(2) Ex eodem Lib. XII. de Animalibus Cap. V.
(3) In Lib. A. Iliad. n. XLIV. pag. 73. novae editionis C. V. P. Alexandri Politi.
(4) Lib. I. Cap. XXII. n. 9.
(5) Vide Fabrettum in Syntagm. de Col. Traiani Cap. IV. pag. 112. & 113.
(6) Id colligitur ex Seneca Epiſt. LXXVII. Lucano Lib. III. Val. Flacco Lib. I. Argonaut. Virgilio Lib. X. quae loca adducit Fabrettus ibidem.
(7) Apud eumdem Fabrettum Inſcr. ant. Cap. V. n. XIX. Vide etiam Lucianum in Navigio, cui Iſis Dea nomen fecit. Tibullus Lib. I. Eleg. III. Propertius Lib. II. Eleg. XXVIII. Iuvenalis Sat. XII. v. 23.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0275
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

praeerat tempeſtatibus, multoque favore, & ope proſequi navigantes credebatur, cui velorum inventum tribuebant. (1) In eius templis plurimae tabulae votivae cernebantur parietibus ſuſpenſae ab iis, qui naufragii pericula, ea adiuvante, ut credebant, ſuperaverant; de quibus nil dicendum ſupereſt, primas occupante Iacobo Philippo Tomaſinio, qui erudite egit de Donariis, ac Tabellis votivis. (2)

Minervae caput (cuius quoque tutelae trieres commendatae leguntur) (3) cernitur ſculptum in Gemma VI. Tab. LVII. ſupra triremem, quae vehit Iovem Serapidem in throno ſedentem, medium inter Fortunam, & Iſidem, quae illam moderatur. (4) Dea illa, quae gubernaculum tenet, & copiae cornu, eſſe etiam poteſt Libera, hoc eſt Proſerpina, quae in antiquo lapide votivo in Donianis Inſcriptionibus cum Iſide, & Serapide coniungitur. (5) Iſidem rate velificaſſe dum quaereret HARPOCRATEM filium ſuum tradit Hyginus. (6) Eumdem Harpocratem fortaſſis inventum, apprehenſo eius brachio manu ſua, Serapis ad Iſidem adducit, ut cernitur in Gemma V. Tab. LVII. Harpocrates in hac Gemma elegantiſſima, quod notandum eſt, amictus eſt chlamyde, in ceteris vero Gemmis IV. V. VI. & VII. Tab. LVIII. nudus eſt, reiecta ſuper humerum veſte, vel circa brachium advoluta. Fulcro innixus obſervandus eſt idem Harpocrates in Gemma VII. eiuſdem Tab. LVIII. qui admoto ori digito ſilentium myſteriis ſacriſque eorumdem Deorum adhibendum indicit, (7) quae omnium primi Aegyptii docuere; nam primi Deorum notitiam cum percepiſſent, templa conſtituerunt, lucoſque & conventus ſolemnes ediderunt, ut docet Lucianus in Dea Syra. Caput ſacro perſeae flore ornatum habet. Circa pedes Serapidis in Gemma V. Tab. LVII. non ſine aliqua ſignificatione ſculpta eſt herba, quae, ut arbitror, *ſerapias* eſt, quae & *orchia*, a Serapide nomen ſortita, quod forte ei ſacra eſſet; cuius virtutem, & poteſtatem in re medica exponit Plinius. (8) Cuilibet numini herbas, vel plantas veteres conſecrarunt. Ita quoque Iſidi ſacra planta abſinthium marinum; quod quidam *ſeriphium* vocant, probatiſſimum in Taphoſiri Aegypti; cuius ramum

(1) Ex Hygino Fab. CCLXXVII. & Luciano in Dial. Deor. Tom. II. pag. 3.
(2) Vide praeſertim Cap. VII. & XXIII.
(3) Apud Fabrettum Inſcr. ant. Cap. V. n. III.
(4) Eamdem Iſidem bari, vel cymba veſtam exhibet Gemma apud Pignorium in Menſa Iſiaca, in Auctario Tab. I. n. 9.
(5) Claſſe I. n. 80.
(6) Fab. CCLXXVII.
(7) Ovidius Lib. IX. Metamorph.
(8) Lib. XXVI. Cap. X.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0276
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

mum Iſiacis praeferre mos fuit, teſte Dioſcoride, & Plinio; (1) ſculptuſque cernitur in Gemma apud Pignorium ad pedes Iſidis. (2) Verum, ſi eruditis viris placet, referenda eſt haec Gemma ad feſtum, & pompam Iſidis, ceterorumque eiuſdem ſociorum, ſive συννάων Deorum, quam Aegyptii quotannis celebrabant, & *Iſidis navigium* dicebatur; cuius fit etiam mentio in Kalendario Ruſtico Romanorum, menſe Martio. (3) Cymbula peculiari figura ſculpta ſub imaginibus Iſidis, & Serapidis in Gemma IV. Tab. LIV. hoc feſtum fortaſſis indicat. Iovis Hammonis ſimulacrum, narrat Curtius, (4) navigio aurato, geſtari conſueviſſe a Sacerdotibus, quum reſponſum peteretur, multis argenteis pateris ab utroque navigii latere pendentibus; quod ſequebantur matronae virgineſque patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo propitiari Iovem credebant, ut certum ederet oraculum. Sed de hac pompa Deorum Aegyptiorum conſulendus V. C. Senator Bonarrotius in Obſervationibus in Numiſmata maximae magnitudinis ex Muſeo Carpineo. (5)

De ISIDE pauca nunc obſervanda ſuperſunt. In pluribus Gemmis, ut ſuperius diximus, Serapidi iuncta eſt. Verum in Gemma II. III. Tab. LVIII. ſociatur Oſiridi, qui idem eſt ac Bacchus, ſive Sol, (6) qui iuvenis, & imberbis, ut in aliis ſculpturis, exhibetur, quod perpetuus iuventae flos ei conveniat. (7) Communia horum Numinum ſacra ex Aegypto Romam ſimul delata fuiſſe iam obſervavi (8) auctoritate antiqui marmoris Muſei Florentini Strozii, in quo fit mentio Alexandriae puellae, ancillae Bacchi, Paſtophorae, ſeu *Thalamiferae* Iſidis Deae Nilotidis, quae perraro cognomento ΑΓΝΗ *Caſta*, ſive *Pudica* appellatur. Iſidi, & Oſiridi in expoſita Gemma II. Tab. LVIII. comes iungitur Dea HECATE, ſeu Diana virgo triformis; eadem habita ac Luna, propter varias ſui corporis formas, & formarum virtutes. (9)

Diſpoſitis in elegantes cincinnos capillis, Iſis coronam Niloticam, calamis arundineis, quibus Nilus ferax eſt, intextam capite gerit in Gemma V. Tab. LIV. quae opere pulcherrimo exſcal-

(1) Dioſc. Lib. III. Cap. XXV. Plin. Lib. XXVII. Cap. VII.
(2) Vide in Tabulam Iſiacam in Auctario Tab. I. Fig. 3.
(3) Apud Gruterum p. CXXXVIII. Vide Plutarchum de Iſide, & Oſiride; Britannicum in Iuvenalem Sat. XII. v. 23.
(4) Lib. IV. Cap. VII. n. 24.
(5) Tab. XXXVII. in numiſmate Gordiani Pii Imperatoris pag. 424. 425. & vide pag. 70.
(6) Eius laudes celebrat Tibullus in Eleg. VIII. Lib. I.
(7) Macrobius Lib. I. Saturnal. Cap. XVIII. Lactantius in Lib. IV. v. 696. Thebaid. Ovidius Metamorph. Lib. IV. v. 17. Tibullus Lib. I. Eeg. IV. v. 33. Vide Sen. Bonarrotium in Gemmam referentem Bacchi triumphum pag. 439.
(8) In Par. I. Inſcript. ant. Etruriae Vrbium pag. 376.
(9) Conſer Euſebium Praep. Evang. Lib. III. Cap. III.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0277
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

pta eſt ; tenetque ſiſtrum tribus virgulis conſtructum , (1) & ſitulam praefert , ut in v. Gemma Tab. LVII. quam fere omnibus Diis Aegyptii dedere , ut oſtendit doctiſſimus Cuperus in ſuo Harpocrate . Per motum ſiſtri , quod gerit dextra , ſi ectypum huius Gemmae attendatur , ut in aliis anaglyphis ſculpturis , Nili acceſſus receſſuſque ſignificatur , quemadmodum Servius interpretatur ; (2) vel , ut docet Plutarchus, motus , & ortus rerum : (3) per ſitulam vero , quam retinet manu ſiniſtra , omnium lacunarum affluentia oſtenditur . Situlam Soli tribuerunt aliqui Philoſophi, quos irridet Lucianus , (4) ob proprietatem ad ſe attrahendi vapores e mari , potumque ſtellis tribuendi quodam ordine . Nilum attolli ab Iſide crediderunt Aegyptii circa Solem aeſtivum . (5)

Sacer perſeae fructus , medius inter folia , Iſidis verticem ornat ; quod inſigne praeferunt quoque Harpocrates , Hecate , & Canopus , ut in Gemmis Tab. LVIII. obſervari facile poteſt. Cornibus Iſis exornata eſt in Gemma VIII. Tab. LIV. quam ambiunt tres ſtellae . Hinc Plutarcho Iſis Κερασφόρος dicta . His inſignibus nobilitatam Aegyptii coluere, ut Herodotus, & Nonnus prae ceteris teſtantur , vel quia eadem ſit ac Io , vel Dea Aſtarte . Cornua fere omnibus Diis veteres tribuere ; (6) accepto fortaſſis ab Aegyptiis exemplo , ut eorum virtutem , ac poteſtatem hoc ſymbolo declararent . Sed de hac Iſidis imagine nil obſervandum ſupereſt poſt Pignorium in Menſam Iſiacam , & Cuperum in Harpocratem . Interdum nudo capite expreſſa Iſis , interdum velato , vel ornato calatho , vel unionibus , ſimulque ave Numidica guttata , ut in Achate anulari peregregii operis , nuper deprompto ex Muſeo Marchionis Alexandri Gregorii Capponii , Sacri Palatii Apoſtolici Forerii maioris , qui memoratu dignus eſt, praeſertim luculenter illuſtratus a Celeberrimo Viro mihique amiciſſimo D. Iuſto Fontanino Archiepiſcopo Ancyrano . (7)

Iſis quum eadem ſit ac Ceres , terrae fruges, ac fructus ei ſacri fuerunt; (8) quapropter in vetuſtis inſcriptionibus FRVGIFERA & FRVCTIFERA dicitur . (9) Papavera ex eius calatho erumpunt , ut exhibet Gemma VI. Tab. LIV. uviſque & pampinis, ac pomis redimitum eſt eius caput in Gemma , quae ſequitur in eadem

(1) Ex Apulcii Deſcriptione Lib. XI. Metamorph.
(2) Ad Lib. VIII. Aeneid.
(3) De Iſide , & Oſiride .
(4) Vide in Icaromenippo Tom. I. pag. 682.
(5) Ex eodem Luciano in Dialogis Deorum Tom. II. pag. 4.
(6) Spanhemius de Numiſm. Tom. I. pag. 302. 303. 394. 396.
(7) Commentar. edit. Romae anno MDCCXXVII.
(8) Plutarchus de Iſide , & Oſiride .
(9) Vide apud Fabrettum Cap. VI. n. 114. & Reineſium Cl. I. n. 137. Gruterum p. LXXXIII. 10.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0278
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

eadem Tabula. Icuncula Iſidis a Fabretto adlata, (1) dextera lampadem, ſiniſtra papavera praefert; in alio vero anaglypho marmoreo copiae cornu omnigenis fructibus refertum tenet. (2) Aſpis Iſidi ſacer, qui eius capiti imponitur in Menſa Iſiaca, & in eius pompa deferri ſolebat, (3) ad pedes eius reptans ſculptus eſt in Gemma v. Tab. LVII. qui etiam Solis virtutem indicat. (4) Duo aſpides utrinque erumpunt ex eius, ut videtur, monile, quod Aegyptiam artem, & morem redolet, ut conſpicitur in Gemma VI. iam deſcripta in Tab. LIV. Ex dracunculis aureis, vel argenteis torques fieri conſueviſſe alibi obſervavimus. (5) Lucianum addo qui muliebrem mundum deſcribens, armillas, & dextrariola feminarum ex aureis draconibus facta commemorat; (6) cuius ſchediaſma dedi in Donianis Inſcriptionibus.

Singulare eſt, neque, ſi bene video, ad hoc tempus eruditorum oculis expoſitum, Iſidis ſimulacrum in Hermam deſinens, ut in Gemma IV. Tab. LV. cui advolvitur Crocodilus, ipſaque Iſis mammoſa manus habet eiuſdem Crocodili pedibus ſimiles. Crocodilum Iſidi conſecratum fuiſſe conſtat, & ab Ombitis, Coptitis, & Arſinoitis magno honore cultum, tamquam Solis ſymbolum; qui fortaſſis hac ſpecie Iſidem ſtatuere ad Nili ripam, ne Crocodili ſibi nocerent; vel ut memorarent Typhonem Deorum omnium hoſtem, Oſiridis interfectorem, in Crocodilum converſum fuiſſe, & Iſidi ſubiectum. (7)

Sequitur in Tab. LIX. n. I. CYNOCEPHALVS, Iſidis fidus comes, Chalcedonio ſcalptus, reticulato operimento circa collum veluti in ſquamas compoſito ornatus, ad indicandam rerum omnium naturae connexionem. Inſidet κρηπιδίῳ, nimirum perparvae baſi; nam in Menſa Iſiaca cernitur ſtans ante Iſidem, elatis in caelum manibus, quo geſtu & Anubis in antiquis ſculpturis exhibetur. Cynocephalus apud Aegyptios Lunae fuit ſymbolum, cum qua communes phyſicas rationes habere crediderunt, quae ſunt, eadem exoriente laetari, deficiente maerere, ut Horus Apollo, (8) & Iamblichus tradunt. (9) Hanc icunculam pro donario dedicatam oblatamque fuiſſe puto in templo alicuius numinis Aegyptiorum, fortaſſe Iſidis, vel Anubidis; fulcien-

te

(1) Inſcr. ant. Cap. VI. pag. 493.
(2) Ibidem pag. 471.
(3) Pignorium conſule in Menſam Iſiacam pag. mihi 26.
(4) Conſer Macrobium Saturn. Lib. I. Cap. XX.
(5) Ad Donianas Inſcriptiones Cl. I. n. 28.
(6) Vide in Amoribus Tom. IV. pag. 223.
(7) Vide Plutarchum de Iſide, & Oſiride.
(8) Lib. I. Hicrogliph. XIV.
(9) De myſteriis Aegyptiorum. De Cynocephalo plura afferunt Pignorius in Menſ. Iſiac. & Cauſeus in Muſeo Romano.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0279
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

te hanc meam coniecturam Luciano, qui a quibuſdam ſacrilegis hominibus ſublatas ait e templo Anubidis aureas phialas, & caduceum aureum, (nam Anubis idem erat ac Mercurius apud Aegyptios) itemque *Cynocephalos argenteos*. (1)

Cynocephalo ſociatur in eadem LIX. Tabula CANOPVS, inter ſuperſtitioſa Aegyptiorum flagitia & ipſe numerandus. Singularitatem eius ſimulacro addunt materia, nam perpulchro opere ſcalptus eſt ex Achate. Poſt obſervationes tam multiplices virorum doctorum nihil eſt quod ſi adferatur recortam crambem non redoleat. Nonnulla nuper obſervavi adlato eius aereo ſimulacro pulcherrimo e Mediceo Muſeo. (2) Duo praecipue in hoc ſigillo notanda ſunt, quae in aliis non occurrunt, aſtrum nimirum in utroque humero ſculptum; & ovum e collo pendens, tamquam e loro bulla, quam etiam Harpocrati Aegyptii dedere. Ovum ad indicandam rerum omnium generationem adpoſitum eſt, cuius eſt ſymbolum, ut docet Plutarchus: (3) quaſi declaretur hoc ſymbolo omnia conſtare ex humido elemento, cuius Genius eſt idem Canopus. Ovum duo angues circumplectuntur, impoſitumque capiti gerunt, quemadmodum etiam in Menſa Iſiaca videri poteſt. Duo aſtra Solarem, & Lunarem virtutem deſignant. Hinc facile argui poteſt bullae decus ab Aegyptiis Etruſcos, ab his vero Romanos accepiſſe. Subiecta eſt huic Canopi ſimulacro baſis item ex Achate antiqua manu elaborata. In Gemma IX. Tab. LVIII. Canopus, ornatus loti flore in capite, mammoſae Gryphi impoſitus eſt, quae Nemeſis rotae anteriori pede inſiſtit; declaratque a virtute Solis, ac Lunae perfici rerum omnium generationem, nutritionem, & conſervationem. (4)

Hoc quoque Canopi ſignum in aliquo templo Aegyptiorum pro donario conſecratum fuiſſe alicui Deo coniicio. Nam ſigilla Deorum ceteris Diis dedicari conſueviſſe colligi poteſt ex auctoritate inſcriptorum lapidum priſci aevi. Pauca in hanc rem exempla delibaſſe ſufficiat. Fortunae Primigeniae ſignum Liberi Patris Panthei donavit M. Popilius Trophimus cum coniuge, & filio ſuo, adiectis eius parergis, & Cupidinibus duobus, cum lychnuchis, & lucerna Larum. (5) Iſidi ſignum Harpocratis dono dedit C. Didius Acutianus. (6)

TA-

(1) In Toxari, ſive De amicitia Tom. I. pag. 625.
(2) In Par. I. Inſcr. antiquar. Etruriae Vrbium Tab. XVII. n. IV. pag. LXXXII.
(3) In Quaeſt. Convival. Lib. VII. Cap. II. Vide etiam de his Fabrettum Inſcr. ant. Cap. IV. pag. 282.
(4) V. Bonarrotium in Numiſm. max. m. p. 138. 140. 141. 145.
(5) In Opere Gruteriano pag. LXXVII. 3.
(6) Ibidem pag. LXXXII. 8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0280
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

TABVLA LX. LXI. LXII.

MINERVA.

BELLATRICIS Deae, artiumque praesidis MINERVAE effigies exhibetur in pluribus Gemmis, quae selectae ex aliis pluribus omnium elegantissimae, & artificio pulcherrimae sunt. Principem locum inter has ea sibi vindicat quae expressa est in Tab. LXI. n. 1. quae etiam eminet exquisitissimo scalptoris opere, omniumque, ut videtur, antiquissimo. Ipsa quoque Gemmae magnitudo omnes artis veneres valde nobilitat. Minervae vultus formosus est idemque virilis, (1) blanda pariter ac severa quadam gravitate conspicuus.

Peculiare est eius galeae opificium, & forma, sive κρανοποιΐα, quae aliqua in parte ab aliis recedit. Hac Gemmae sculptura illustratur Iulius Pollux, qui meminit coronae galeae, (2) cuius non solum speciem, verum etiam partem eam esse dicit, inquiens: Στεφάνη δὲ, εἶδος περικεφαλαίας ἂν εἴη, ὥσπερ καὶ μέρος. In nummis Athenienssium apud Goltzium eadem Minerva ornatur non dissimili galea cum diademate in fastigium deducto; ut & in alia insigni Gemma III. in hac Tab. LXI. Pendent e cono ad terrorem incutiendum setae equinae, quemadmodum Homerus passim vocat Heroas ἱπποκορυς-άς. Armatum est Minervae pectus horrifica aegide, erumpentibus e squameo thorace Gorgoneis anguibus: crines eius collecti sunt, & galea teguntur, qui in aliis Gemmis vel soluti, vel religati cernuntur.

Minervae ΧΑΛΙΝΙΤΙΔΟΣ *Frenatricis* imaginem exhibet Gemma II. in eadem Tab. LXI. cuius simulacrum, & templum apud Corinthios celebre fuit, ut narrat Pausanias. (3) Hoc cognomine appellata est magni Iovis filia Minerva, quod Pegasum domuerit, frenoque imposito Bellerophonti tradiderit. Hinc galeae eius, ut cernitur, insigne est Pegasus. In Gemma, quae hanc

sequi-

(1) Qualis fuerit Minervae vultus describitur a Luciano in Deorum Dial. nempe Veneris, & Cupidinis Tom. I. pag. 206. 207. Vide etiam in Dialogo, qui inscribitur *Philopatris*, Tom. IV. pag. 464. 465.
(2) Lib. VII. Cap. XXXIII. Segm. 158.
(3) In Corinthiacis Cap. IV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0281
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſequitur , Hippocampus in galea ſculptus eſt . In x. vero in Tab. LX. Triton , & in xi. ibidem , monſtrum marinum obſervatur . In Gemma iv. Tab. LXI. eadem Palladis galea ornatur Socratis effigie , qui eiuſdem Deae ſapientiam indicat ; nam Socrates oraculi monitu mortalium omnium fuit ſapientiſſimus ; (1) quod inſigne Minervae in ceteris quoque Gemmis conſpicitur . Alia praetereo caſſidis Minervae emblemata , nempe ſphinges , gryphos , & gallos gallinaceos , quae a Pauſania frequenter deſcribuntur . (2)

Minervam *ἀναίσχυντον* , *nunquam erubeſcentem* , aut *trepidam* , ut ait Lucianus , (3) praefert Gemma i. in Tab. LXII. cuius terribilem adſpectum minime ſuſtinet Venus *Victrix* , quae licet armata ſit , tamen columnae innixa , pudibunda , ut videtur , eidem terga vertit ; (4) nam Minervae ſtudia voluptatibus , & illecebris Veneris adverſantur : vel potius elata faſtu Minervam contemnit , quam vicit corporis pulchritudine , iudicio Paridis . Verum Pallas interrita ſtat , quae nec arma Veneris , nec iacula Cupidinis metuit ; quin etiam ab ea perterrefactus Deorum omnium victor ille puerulus alio avolat , & fugit ; victuſque de imbecillitate ſua apud Venerem matrem conqueritur , ut feſtive deſcribit Lucianus . (5)

Hanc Gemmam alia conſequitur pulcherrima , in qua ſculpta eſt Minerva ad aram ignitam ſacrificans cum Bono Eventu , qui vaſculum ad fundendum meri libamen tenet ; altera vero manu ſpicas praefert , quae ſymbola veteres ei tribuere : (6) ni tamen Genium alicuius urbis , vel loci , vel exercitus repraeſentet , qui interdum cum Minerva coniungitur , & ſociatur in antiquis inſcriptionibus . (7)

In Gemma iv. Tab. LXII. Minerva impoſita eſt arae pulcherrimae , ornatae capitibus arietinis , in qua Hercules cum Antaeo luctans ſculptus eſt : nam eidem Herculi ope ſua faviſſe , praeſentemque fuiſſe Palladem conſtat . Si vero duo pugiles certantes ſculpti videantur , forte ſimulacrum eidem arae ſuperpoſitum indicat Minervam *Παναΐαν* , cuius ſignum in gymnaſio Cylarabi dedicatum fuiſſe narrat Pauſanias . (8) In Foro Corinthio-

rum

(1) Vide Ioannem Chiflctium in Gemmis imagine Socratis caelatis .
(2) In Atticis Cap. XXIV. & in Eliac. Poſter. Cap. XXVI.
(3) In Dialogo , qui inſcribitur *Lexiphanes* , Tom. II. pag. 546.
(4) Hanc quoque Gemmam edidit Eq. Maffeius Par. II. Tab. LXXIV.
(5) In Dialogo Veneris , & Cupidinis , qui habetur Tom. I. pag. 206.
(6) Vide nummos Scriboniae Gentis apud Vrſinum , & Patinum . Plinius eum deſcribit Lib. XXXIV. Cap. VIII.
(7) Vide Gruteri Opus p. XXIV. 7.
(8) In Corinthiacis Cap. XXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0282
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

rum teſtatur idem Pauſanias ſimulacrum Minervae, conlocatum fuiſſe ſuper aram in qua Muſae ſculptae erant. (1) Minerva iaculum vibrat; quamquam memoriae proditum ſit etiam fulmina in eius poteſtate fuiſſe. (2)

TABVLA LXIII. LXIV. LXV. LXVI.

APOLLO.

QVanto artificio in Gemma I. anaglypho opere nobiliſſima, quae exhibetur in Tabula LXIII. expreſſus ſit a ſcalptore praeſtantiſſimo APOLLO Δαφνηφόρος *Lauriger*, ἀγλαΐας ἀνάσσων, *decoris ſplendoriſque rex*, quemadmodum a Pindaro vocatur apud Athenaeum, (3) non ita facile cognoſci poteſt niſi prototypum eius accurate obſervetur. Summa eſt oris ipſius dignitas, ac venuſtas; frons valde decora, auguſti oculi, collum apte praelongum, pereximia vultus lineamenta, capilli admodum promiſſi, & in leves cirros ingenioſe criſpati: totum denique caelatoris opificium auream oſtentat Auguſti Caeſaris aetatem.

Altera huic ſuccedit rariſſima Gemma utrimque duplici opere valde inſigni atque exquiſito exſcalpta, & inſculpta. In anteriore facie, quae eminet anaglyptica caelatura, idem Deus cernitur laurea redimitus, cultuſque decora chlamyde, quemadmodum etiam in aliis Gemmis conſpicitur. In Gemma vero VII. Tab. LXV. idem palla inſignis lyram praefert, qua veſte Citharoedorum propria ornatus deſcribitur ab Ovidio, (4) ac Tibullo; (5) eademque amictum fuiſſe Apollinem *Actium*, ſive *Actiacum*

(1) In Corinthiac. Cap. III.
(2) Conſtat ex Virgilio Aeneid. Lib. I. v. 42. in quem locum vide Servium: ex Val. Flacco Argon. Lib. IV. v. 670. ex Aeſchylo in Eumen. Ariſtide Orat. II. quemadmodum obſervat Ben. Averanius in Virgilium Diſſert. XL. n. 5.
(3) Deipnoſoph. Lib. I. pag. mihi 22.
(4) Amorum Lib. I. Eleg. VIII.
Ipſe Deus vatum palla ſpectabilis aurea,
Tractat inauratae conſona fila lyrae.
(5) Lib. III. Eleg. IV.
Ima videbatur talis illudere palla,
Namque haec in nitido corpore veſtis erat.
Propertius Lib. II. Eleg. XXI.
Pythius in longa carmina veſte ſonat.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0283
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

docent numiſmata. (1) Nudus exhibetur in antiquis ſculpturis quum Δισκόβολος *Diſci iaculator* inducitur, vel Αργυρότοξος *Argyrotoxus*, ab argenteo, & ſplendido arcu ita vocatus, quo ſagittis Pythonem ſerpentem confecit, qualem praefert Gemma VI. in Tab. LXIV. & Gemma I. in Tab. LXVI. in qua feſſus ſagittando, innixus trunco arboris quieſcens ſculptus eſt.

In averſa parte eiuſdem Gemmae inciſus eſt QVIRINVS ROMVLVS regia arma ferens Iovi *Feretrio*, ſtatuenda in eius templo, quod condidit in vertice collis Capitolini. (2) Neque vero adverſabor ſi quis eumdem Apollinem armis, & tropaeo inſignem caelatum arbitretur: non enim me latet ei quoque tributam fuiſſe galeam, qua munitus, ut ceteri Dii, contra Gigantes pugnavit. (3) Cyclopas quoque ingenti clade adfeciſſe narrant, eaque de cauſa Iovis iram evitaviſſe; (4) quare in eius hymno appellatur Ρηξήνωρ *hoſtium profligator bellicoſus*, itemque Ιπποκορυς-ὴς *galeatus*. (5) Ne ſolus Iupiter & Minerva aegide gloriarentur, eamdem ei quoque veteres tribuerunt. (6) In perrara Gemma IX. delineata in Tab. LXV. ex Muſeo Bonarrotio, idem Apollo cernitur laureato capite in quiete ſedens cum cithara, iuxta quem poſitae ſunt haſtae, & clypeus: quare eum quoque arma minime dedecere crediderunt.

Non raro in antiquis ſculpturis occurrit Apollo diademate, vel taenia revinctus, (7) vel nudo capite, longa caeſarie valde inſignis, ut in Gemma VIII. elegantiſſima Tab. LXIV., quae quum aurea & intonſa ei fuerit Χρυσοκόμος, Χρυσοχαίτης & Ακερσεκόμης, *Auricomus*, & *Intonſus* dictus eſt. (8) Quod vero Solis virtutem, & effectus exprimat, (9) radiato capite repraeſentari voluerunt, qualem oſtendunt Gemmae V. VII. IX. & X. Tab. LXIV. Phaetontem e curru Solis patris ſui excuſſum fulmine ab Iove, delapſumque in Padum flumen, expreſſum habet Gemma II. Tab. LXVI. quae feralis fabula ſculpta non raro cernitur in defunctorum ſepulcris. Spectanda eſt raritate, & elegantia inſignis Gemma IX. in eadem Tab. LXIV. in qua Solis coloſſeum ſimulacrum, ſeptuaginta cubitorum altitudinis, quod Rhodi fuit omnium

(1) Vide Iac. Oiſelium in Theſauro Selectorum Numiſmatum antiquorum Tab. XXXVII. pagg. 178. 179.
(2) Vide Livium Decad. I. Lib. I.
(3) Ex Apollodori Biblioth. Lib. I.
(4) Ex Tacito Lib. III. Annal. n. 61.
(5) In Antholog. Lib. I. Cap. XXXVIII. n. 12.
(6) Vide Ben. Averanium in Diſſert. XL. n. 6. in Virgilium; qui plura adfert, ut ſolet, eruditiſſime, & luculenter.
(7) Qualis apud Athenienſes deſcribitur a Pauſania in Atticis Cap. VIII.
(8) Vide Macrobium Saturn. Lib. I. Cap. XVII. & Pindarum Pyth. Od. II.
(9) Macrobium indico Saturnal. Lib. I. Cap. XVII. & XXI. Clementem Alexandrinum Stromat. Lib. V.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0284
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

omnium in admiratione ſculptum eſt, (1) altera manu haſtam, altera flagrum praeferens, ad indicandam ſummam curſus eius velocitatem. Coloſſei ſimulacri moles ut conſideretur additum eſt magnitudine ſua conſpicuum caput eiuſdem ſimulacri radiatum, Rhodiorumque portus medius inter utrumque poſitus eſt.

Apollo *Citharoedus*, Muſicae inventor, cernitur in Gemma VII. Tab. LXVI. qui quum in aliis Gemmis, quae a nobis adferuntur, cum lyra, ſeu cithara ſculptus ſit vel ſtans, vel ſedens, atque ipſe plectrum teneat, in ea tamen Genius eius famulus plectrum ei miniſtrat, geſtatque altera manu copiae cornu. In Gemma quoque IX. eiuſdem Tabulae Genius Apollini corollam procidens offert veluti praemium victoriae poſt initum certamen cum Marſya, qui ad arborem vinctis poſt terga manibus religatus maerere videtur; qua Gemma pro anulo obſignatorio uſum ferunt Laurentium Medicem cognomento, & re quidem vera *Magnificum* virum. Adſimili Gemmae apoſphragiſmate obſignaſſe Neronem Caeſarem memoriae proditum eſt. (2) Feralis eadem fabula, qua etiam uſi ſunt Etruſci pro emblemate ſepulcralium urnarum, exhibetur in alia Gemma Medicea VIII. in eadem Tabula LXVI. in qua Marſyae cutis detrahitur a quodam miniſtro, quem Hyginus Scytham fuiſſe narrat, (3) ſedetque ſpectator idem Apollo *Victor*. Haud procul cernitur templum tetraſtylum, quod Celaenis fuit, in quo eius cutem victoriae ſuae monumentum Apollo ſuſpendit. (4)

Fidibus dum canit Apollo perſaepe viſitur lyra poſita ſuper columellam. In Gemma III. & V. Tab. LXVI. lyra ſuſtinetur a femina ſuccincta, quaſi termino; quae praeſertim in Gemma V. quum arcum praeferat, Diana eſſe poteſt; in altera vero Harmonia, quam Apollini amicam, atque admodum caram eſſe docet Macrobius; (5) vel etiam animae ſimulacrum, quam ab Apolline profectam, humanoque corpore veluti quodam carcere incluſam, nulla re magis quam muſica, & harmoniae concentu delectari veteres Philoſophi Pythagorici crediderunt. (6) In explicanda hac feminae icuncula, & quid ſignificet, diverſa ſentiunt Auguſtinius, & Maffeius, quibus viſum eſt eam deferre in lebete nudum atque iacentem infantulum, clare vero nobis nil tale. (7)

(1) Conſule Plinium Lib. XXXIV. Cap. VII.
(2) Ex Suet. Cap. XXI. Wilde in Num. Gr. n. 72. Tab. XII.
(3) Fabula CLXV.
(4) Memorat Aelianus Var. Hiſtor. Lib. XIII. Cap. XXI. Statius IV. Theb. v. 286. & Lucanus Lib. III. v. 206.
(5) Saturnal. Lib. I. Cap. XXII.
(6) Vide Lucianum in Somnio, ſive Gallo Tom. II. pag. 613.
(7) In Par. II. Tab. XLV. pagg. 95. 96. 97.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0285
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Apollo Ορχηςὴς *Saltator*, qualis a Pindaro deſcribitur, (1) obſervandus eſt in Gemma II. Tab. LXV. qui & lyra canit, & choreas agit, antiquo more; nam ſaltatores una fidibus canebant, & ſaltabant. (2) Apud Delios celeberrima fuiſſe dicuntur *Thargelia* feſta, in quibus circa fanum Apollinis ſaltabant primores civitatis, tragicis veſtibus induti, ut docet Athenaeus. (3) Horum quoque feſtorum meminere Suidas, & Iulius Pollux. (4) In foro Spartanorum narrat Pauſanias (5) fuiſſe Pythaei Apollinis, Dianae, & Latonae ſigna, chorumque totam eam fori partem dictam, ob eam cauſam, quod gymnicis puerorum ludis, quos γυμνοπαιδίας vocarunt, qui maxime ſolemnes erant, puberes Apollini choros agitarent. Saltationem cum lyrae cantu Apollini, ſive Soli veteres Mythologi tribuere, ut declararent naturae ordinem oriri ex conſtantiſſimo, & pulcherrimo ſiderum motu, tamquam concentu; non enim ſphaerarum motum ſine ſono fieri putarunt: (6) quare apud Orpheum in hymno idem Apollo ita laudatur;

Χρυσολύρε, κόσμου τὸν ἐναρμόνιον δρόμον ἕλκων.

Auream lyram tenens, enharmonium mundi curſum trahens.

Raritate, & elegantia pereximia eſt Gemma v. in Tab. LXV. ex Muſeo Bonarrotio deprompta, in qua ſculptus eſt Apollo *Cypariſſius*, cuius templi apud Meſſenios meminit Pauſanias; (7) prope quod poſitum aliud templum Minervae cognomento *Cypariſſiae*. Hoc ipſum Apollinis templum & cognomen indicant cypariſſi ambientes parvum collem, qui apparet in eadem Gemma ſupra tripodem. An vero eo in loco non ſolum templum eiuſdem Apollinis, verum etiam oraculum fuerit, adfirmare minime audeam.

Apollo *Delphicus*, qui oraculo apud Delphos magnum nomen adeptus eſt, exhibetur in Gemma III. eiuſdem Tab. LXV. qui columellae, ſupra quam tripus impoſitus eſt, innititur, lauri ramum manu praeferens. In Gemma vero VI. Tab. LXVI. ſub arbore lauri ſtans, Pythonem ſerpentem Delphici oraculi praeſidem, & cu-

(1) Apud Athenaeum Deipnoſoph. Lib. I. pag. mihi 22.
(2) Lucianus de Saltatione. Iconiſmum Saltatoris *Aſcoliorum* in honorem Bacchi profero in Par. II. Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium pag. 104. ex anaglypho lapideo antiquiſſimo, Faeſulis invento, nunc penes Cl. Sen. Philippum Bonarrotium, in quo idem Saltator lyra canit, dum per utrem ſaliendo cernuavit, hoc eſt terram natibus percuſſit.
(3) Lib. X. Deipnoſoph. pag. 424.
(4) Lib. VIII. Cap. IX. Segm. 89.
(5) In Laconicis Cap. XI.
(6) Vide Macrobium in Somnum Scipionis Lib. II. Cap. I.
(7) In Meſſeniis Cap. XXXVI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0286
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

& cuſtodem oſtentat. (1) Arae inſiſtit corvus ei ſacer. (2) Apollinis aedem memoriae proditum eſt e lauri ramis primum erectam, conſtitutamque fuiſſe. (3) Aliquid aliud animadverſione dignum, ut arbitror, praefert deſcripta Gemma v. in Tab. LXV. nam duo tripodes ſunt, alter columellae, ſeu baſi, & hypobaſi impoſitus conſpicitur; alter vero ſuper terram ſtatutus, quem manu tenet idem Apollo. Compertum eſt Apollinem cum Hercule ob raptum ſibi tripodem certaſſe, direptumque fuiſſe certamen Iovis fulmine. (4) Verum quum opere, & magnitudine inſignis ſit tripus ſculptus in eadem eximia Gemma, fortaſſis ei dedicatum donatumque fuiſſe exiſtimo; qui mos celebris fuit apud Thebanos, apud quos pueri ex patrio inſtituto aeneum tripodem Apollini Iſmenio dedicare ſolebant. (5)

TABVLA LXVII.

DIANA.

DE DIANA *Venatrice*, quae pluribus in Gemmis exhibetur in hac Tabula LXVII. & quidem, uti etiam in nummis, & in ſculpturis e marmore conſpicitur, ornata venatoria veſte, ſeu chlamyde, pharetra, calceamentis, comis ſupra caput nodo collectis, Lacaenarum virginum more, hinnulum, & arcum nuda tenens, quum omnia quae obſervari poſſunt perveſtigata fuerint a Spanhemio in Hymnum Callimachi in honorem eius, in his diutius immorari haud neceſſe eſt.

Reconditam eruditionem continet Gemma II. in qua Diana *Caeleſtis*, uti nominatur in pluribus antiquis aris, (6) alas humeris additas praefert, volanti ſimiles, & expanſas; quibus etiam ornata cernitur in Gemma VIII. Diana *Epheſia*, alma Dea *Multimammia*, pendetque ex eius collo, ut videtur, torques.

Dia-

(1) Vide Hyginum Fab. CXL. & Plutarchum de Defectu Oraculorum pag. 417.
(2) Manilius Lib. I. Statius Lib. III. Thebaid. Confer Pier. Valerianum Lib. XXIII. Hieroglyph. pag. mihi 236.
(3) Ex Aeliano Var. Hiſtor. Lib. III. Cap. I. V. Spanhemium in Obſer. in Hymnum in Delum pag. 400. 401.
(4) Ex Pauſania in Laconic. Cap. XXI.
(5) Lege Pauſaniam in Boeoticis Cap. X.
(6) In Donianis Inſcriptionibus Cl. I. n. 40. in Gruteri Theſauro p. XLI. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0287
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Dianae ſimulacrum ſculptum in arca Cypſeli deſcribit Pauſanias, (1) adplicitis alis ad humeros inſigne; teſtaturque ſe non ita facile cauſam adlaturum cur ita ſculpta fuerit. Alis ad volandum extenſis eius curſus fortaſſis deſignatur, qui velocitate, & claritate ſui notabilis eſt, de quo videndus Macrobius. (2) Diana, ut nemo ignorat, eadem eſt ac Luna.

Deorum ſimulacra alis ornare primum Aegyptii, & Phoenices conſuevere, ut obſervat Alexander ab Alexandro. (3) De Aegyptiis haud dubitandum eſt, teſte Menſa Iſiaca, Aegyptiorum myſteriis referta, in qua accipitris pennae in capite Iſidis, & Oſiridis obſervantur. Idem mos a pluribus nationibus acceptus ab Etruſcis ad Romanos pervenit. Etruſcos Diis alas dediſſe primus omnium obſervavit Cl. Senator Philippus Bonarrotius, docteque cauſas aperuit cur iiſdem alas tribuerint. (4)

De Diana *Epheſia* ſculpta in Gemmis X. XI. & XII. omnia erudite explicata ſunt a Claudio Menetreio. In Gemma XI. eadem Epheſiorum Dea in medio poſita eſt inter Herculem, quem oſtendit clava, licet fracta ſit Gemma, & Iunonem *Samiam Pronubam*, quam indicant detritae litterae SAMIA. Superne circa turritum caput eiuſdem Dianae protomae Serapidis, & Iſidis, ſive Solis, & Lunae conſpiciuntur, ut etiam in Gemma XII.

TABVLA LXVIII.

AESCVLAPIVS HYGIA ET TELESPHORVS.

PErpauca obſervanda ſunt in his Gemmis, quae *Salutarium* Deorum AESCVLAPII. HYGIAE. & TELESPHORI imagines praeferunt. Non enim τὰ κοινὰ, καὶ τὰ ἐν ποσὶν, ut Luciani verbis utar, adferre, lectoriſque aures obviis obſervationibus obtundere decet. Aeſculapius prolixa barba comaque Iovi *Placido*, ac *Sereno* omnino ſimilis expreſſus cernitur in antiquis ſculpturis: verum in Gemma I. huius Tab. LXVIII. *Placidus*

(1) In Eliacis Prior. Cap. XIX.
(2) In Somnium Scipionis Lib. I. Cap. XVIII.
(3) Genial. Dierum Lib. IV. Cap. XII.
(4) In Obſerv. & Coniect. Dempſtero additis pagg. 7. 11. 31.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0288
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

cidus quidem & *Serenus* conſpicitur, itemque ΗΠΙΟΣ *Mitis*, quemadmodum a Lycophrone, (1) & a Statio appellatur; (2) ſed brevis eſt eius barba, nec valde promiſſum gerit capillitium, quod laurea corona decoratur. In Gemma III. quae ſequitur, caput eius diademate inſignitum eſt, atque e coma eleganter in orbem diſpoſita cincinni hinc inde pendent, quo cultu imago eius valde nobilitatur.

In Gemma IV. putabam Aeſculapium amictum pallio, eo modo, ut Medici ſolebant, compoſito, manu gerere, & oſtentare ſpecillum, quod ipſe invenit, ut docet Cicero; qui etiam plures fuiſſe Aeſculapios oſtendit; (3) nam frequenter hic Medicinae Deus gerere ſolet varia ad artem medicam pertinentia inſtrumenta; nimirum vel enchiridium, vel anabolium, (4) vel unguentarias pyxides, vel herbarum faſciculum, (5) vel vaſculum, & eburneas virgulas ad eliciendum ſanguinem neceſſarias: (6) verum accurate inſpecta hac Gemma, eiuſque ectypo, dextera manu pateram tenere cognovi, quam etiam Hygiae eius filiae, ceteriſque ſalutaribus Diis veteres tribuerunt, quos hac de re ἀλεξικάκους *malorum depulſores averſoreſque* appellarunt; tantoque in pretio medendi artem habuere ut Iovem, Iunonem, Minervam, Apollinem, Serapidem, Mercurium *Medicos* vocitarint; quo cognomine apud varios auctores, praeſertim vero apud Lucianum, & in antiquis inſcriptionibus frequenter ornantur.

Supereſt ut obſervemus caligas, & calceamenta pedibus Aeſculapii data, quae ad mediam uſque tibiam adſcendunt; ea quidem, ut videtur, de cauſa (quod etiam de eius baculo, & de galericulo, quo eius caput munitur in aliis antiquis monumentis (7) dicendum eſt) quod Medici longis itineribus interdum ſe committerent, ut aegrotorum morbis conſulerent. Conſtat enim, ut Galenus pluribus in locis teſtatur, veteres Medicos perſaepe templa quoque Deorum adiiſſe, ut ex monitu eorumdem in ſomniis, atque ex oraculis (8) accurate aegrotorum morbis

(1) Pag. 164. quem in locum vide Iſaacum Voſſium.
(2) Silv. Lib. III. c. IV. qui ita ait:
Salutifero MITIS Deus incubat angui.
Vide Ez. Spanhemii Obſervationes in Hymnum in Delum pag. 454.
(3) Lib. III. de Natura Deorum.
(4) Horum inſtrumentorum ad Medicos, & Chirurgos pertinentium fit mentio in Donianis Inſcriptionibus Cl. I. n. 91. eaque inſtrumenta tenere videtur Aeſculapius ſculptus in nummis Smyrnaeorum. Vide quae ibidem adnotavimus.
(5) Ex Albricio de Deorum Imag. XX. apud quem poſtea legitur etiam in editione Amſtelodamenſi, anni MDCLXXXI. pag. 322. *cuius manus dextra barbam tenebat*; legendum eſt, *herbam tenebat*. Conſtat enim Aeſculapio, ut Medicinae auctori, medicas herbas dedicatas fuiſſe, ſuſpenſaſque in eius tholo in templis. Vide Statium Silv. Lib. I. pag. 150. edit. Cruceri.
(6) Lucianus in Dial. adverſus Indoctum Tom. II. pag. 780.
(7) Aliam Gemmam cum imagine Aeſculapii protuli ex Dactyliotheca Medicea, quam vide Tab. VI. n. I. in Par. I. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium pag. LVII. Confer etiam Sen. Bonarrotii Obſervationes in Numiſm. m. m. Muſei Carpinei Tab. VII. n. 10. pag. 125. 126.
(8) Ex Plinio Lib. XXIX. Cap. I. & Scribon. Largo in Epiſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0289
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

bis mederentur. Hinc ex Doniano antiquo lapide (1) liquet M. Vulpium Honoratum vota perſolviſſe, eademque nuncupaſſe Aeſculapio, & Hygiae pro ſalute ſua ſuorumque & L. Iulii Helicis Medici, qui curam morbi ſui diligenter egit, &, ut legitur, SECVNDVM DEOS. Morborum remedia, prodita aegris ab Aeſculapio, pilis inſculpta in templis eius paſſim legebantur; itemque in iis inciſa nomina feminarum, & virorum, qui a Deo curati fuerant; morborum etiam, quo quiſque laboraverat, declarata curationis ratio, teſte Pauſania. (2)

In Gemma VIII. fortaſſis exhibetur Aeſculapii ſacer miniſter, qui ſerpentem, hoc eſt ipſum Aeſculapium, ſerpentis ſpecie cultum compluribus in templis, ut refert idem Pauſanias, & Lucianus, (3) arae ignitae flexo genu admovet, ut crematae victimae nidore, quo mirifice Deos delectari putabant, exſaturetur. (4) Qui enim Hygiae, ſive Saluti, & Aeſculapio ſacrificia Υγίεια dicta faciebant, ſerpentibus, qui in honorem eorum in templis adſervabantur, molas, & cibos offerebant, quibus victitarent; quare eadem Dea Hygia cum patera, ſeu vaſculo ſerpentem paſcens in antiquis nummis & ſculpturis repraeſentatur. (5)

TABVLA LXIX. LXX. LXXI.

MERCVRIVS.

HOmerus in ornandis Diis aptiſſimo cognomine plane admirabilis, non uno in loco MERCVRIVM Εριούνιον, *valde utilem*, ſeu *iuvantem* appellat; (6) quem imitati ſunt reliqui Poetae, & auctor Graeci Epigrammatis Cretenſis, quod legitur in Gruteri Theſauro, (7) in quo idem Mercurius dicitur. ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΩΡ, ΕΡΙΟΥΝΙΟΣ, *omnipotens*, *late iuvans*, ſive *utilis*. Omnium

(1) Claſſe I. n. 85.
(2) In Corinthiac. Cap. XXVII. & XXXVI.
(3) In Corinthiac. Cap. XI. Lucianus in Alexandro, ſive Pſeudomante. Conſule etiam Senat. Bonarrotium in praelaudatis Obſervationibus in Numiſm. m. m.
(4) Vide L. Begerum in Gemmas ſelectas ex Theſauro Brandemburgico, qui adſimiles illuſtrat Gemmas, pag. 69.
(5) Athenaeus Lib. III. Deipnoſoph. Heſych. Etymolog. & vide etiam Senatorem Bonarrotium ibidem pag. 82.
(6) Iliad. Lib. Y. v. 34. & in Hymnis qui ei tribuuntur. Ariſtophanes in Ranis inducit Euripidem & Aeſchylum de Tragoedia certantes, ubi & *Eriunii* Mercurii mentionem facit. Conſer Gyraldum de Diis Gentium Syntagm. IX.
(7) Pag. MLXVIII. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0290
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Omnium ſiquidem inventorem Artium, & Eloquentiae, Geometriae, Muſicae, Grammaticae, Palaeſtrae, Mercaturae auctorem, ac parentem veteres prodiderunt. (1) Perſpicue id declarant eius ſimulacra in his elegantiſſimis Gemmis ſculpta iuxta fabulas veteris Theologiae, quae ſignificant tum ſuperis & inferis Diis, quorum in rebus procurandis fuit verſatiſſimus, (2) tum etiam hominibus, quibus commercia, (3) & complura vitae commoda monſtravit, maximo eum fuiſſe adiumento: hinc ab Homero Δώτωρ ἐάων *Dator bonorum* & a Phornuto Μεγαλοφελὴς, hoc eſt *magnus Auxiliator* dictus.

Mercurium Ἀγοραῖον *Forenſem*, ſaepius a Pauſania deſcriptum hac appellatione, (4) exhibet Gemma I. in Tabula LXVIII. qui, quum Iovi obſtetricatus eſſet, ac cetera quae ex more fieri ſolent quaſi puerperae procuraſſet, (5) Bacchum infantem recenter ex eo natum ſecundo foetu (nam primo Semelem habuit matrem) ſedulo defert in Nyſam Arabiae urbem, Nymphis educandum. Bacchum Nymphis traditum etiam Fauni idemtidem geſtare conſueverunt, ut videre eſt in Tab. XII. lit. C. ex fragmento Sarcophagi Monumenti, ſive Columbarii Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae, quod edidi. Ferunt Leucotheam materteram primum ei ubera praebuiſſe; quae fabula elegantiſſime expreſſa eſt in Vaſe, ſeu Bacchico Cratere, cadorum plurium capace, e Pario marmore candidiſſimo, eximii operis Salpionis Athenienſis ſculptoris, quem edidit Iacobus Sponius. (6) Mercurius in eo ſculptus quadratum gerit pileum in capite, uti etiam in nummis, & Bacchum infantulum faſciis involutum eidem Leucotheae tradit; plaudentibus inter haec tibiis, & cymbalis, choroſque ducentibus Faunis, & Bacchis. In hac vero Medicea Gemma idem Bacchi cuſtos Mercurius pileum habet rotundum, utrimque pinnulis munitum, & caduceum gerit; cui Bacchus infans omnino nudus ludicro geſtu feſtive adblanditur.

(1) Id docet Iulius Caeſar Lib. VI. de Bello Gall. c. 17. Lucianus in Prometheo, & in Dial. Apollinis, & Vulcani, in Amoribus. Orpheus in Hymnis, Pindarus in Pythiis. Plutarchus Libro de Iſide, & Oſiride, & Scholiaſtae veteres in Homeri Odyſſeam. Euſebius Lib. I. de Praep. Cap. VI. Diodorus Lib. I. Quintilianus Lib. III. Cap. VII. Caſſiodorus Varior. Lib. VIII. Epiſt. XII. Athenaeus Deipnoſ. Lib. I. & V. circa finem. Bion Idyll. III. v. 7. & Orpheus, ſeu Onomacritus Argon. v. 411. Lucianus in Dial. Deorum Apollinis, & Vulcani; Pauſanias in Corinthiacis Cap. XIX. & in Eliacis prior. Cap. XIV. Fulgentius Lib. I. Mythologiae.

(2) Lucianus in Cataplo, ſive Tyranno.

(3) Claudianus ita de eo cecinit:

Commune profundis
Et Superis Numen, qui fas per limen utrumque
Solus habet, geminoque facit commercia mundo.

Apud Reineſium in Syntagm. Cl. I. n. LXXXI. & Iac. Phil. Tomaſinum de Donariis Cap. III. pag. mihi 23.

(4) In Atticis Cap. XV. in Laconicis Cap. XXI. in Corinthiacis Cap. IX. & alibi.

(5) Vide Lucianum in Dialogis Deorum ſcilicet Neptuni, & Mercurii, qui hanc fabulam feſtive narrat.

(6) In Miſcell. eruditae Antiquit. Sect. II. pag. 25. Deſcribitur hic Crater Bacchicus in Hercule Prodicio pag. 318. 319. a Steph. Vinando Pighio; cuius deſcriptionis nullam fecit mentionem Sponius. Deſcribitur etiam in Gruteriano Opere pag. LXVII. 7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0291
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Contra vero aperto capite ſculptus eſt in alia eximia Gemma Dactyliothecae Stroziae, quae primum habet locum in Tab. LXVII. in qua Bacchum iam puerulum portat chlamyde ſua involutum, (1) non quidem, ut arbitror, ad Nymphas Nyſaeas, ſed in caelum reducit ad ipſum Iovem, a quo acceperat, ut in Deorum concilio conſpiciatur. Vtrumque Mercurii miniſterium, itum, & reditum obſervavit, & diſtinxit diligentiſſimus Pauſanias; qui thronum Amyclaei templi ornatiſſimum deſcribens, (2) Bathydis Magneſii opus, inter cetera ſigna anaglypha ſculptum quoque fuiſſe memorat Διόνυσον δὲ, τὸν μὲν παῖδα, ἐς οὐρανὸν ὄντα ἔτι ἔς-ιν Ερμῆς φέρων · *Dionyſum adhuc puerum, quem in caelum Mercurius defert*. Alibi vero, ubi non meminit huiuſce Bacchi in caelum reductionis, non παῖδα *puerum*, qualem certe oſtendit Gemma longiuſculis comis ornatum, ſed νήπιον *infantem* appellat. Non me latet hanc Gemmam referre etiam poſſe Mercurium mortui pueri animam ad Elyſios deducentem: nam veteres crediderunt formoſos pueros immaturo fato functos, a Diis, ac praeſertim a Nymphis, amoris gratia raptos, ſideribus inlatos fuiſſe. (3) Sed ad primam mythologiam referendam eſſe hanc Gemmam facilius crederem.

Idem Interpres, & Miniſter Deorum, ſeu Διάκονος, uti ab Aeſchylo, (4) vel MINISTRATOR ut in vetuſtis Tabulis vocatur, (5) cum in hac Gemma, tum in reliquis, ac praeſertim in II. & III. Tabulae LXVII. ſculptus eſt formoſiſſimus, qualiſque deſcribitur a Luciano, cunctis arridens, atque ὁ ὑπλωήτης *pubeſcens*, (6) primoque in flore iuventae, vel φαιδρὸς Θεός *hilaris Deus*, & *luculentus*, ut a Lycophrone, & ab Apuleio appellatur. Verum ad oſtendendam eius virtutem, ac ſapientiam non Aegyptii ſolum, ſed Graeci etiam & Romani (7) quandoque barbatum

(1) Hunc ipſum Mercurium, onychi inſcalptum, ferentem in ulnis Bacchum infantem, ex Muſeo Strozio edidit Eq. Maffeius Par. II. Tab. LXXXI. Hac loci occaſione illud notabo in aliquibus Dioeceſibus Civitatum Etruriae, ac praeſertim Faeſularum, per ardua loca, & montuoſa viros hoc modo, non mulieres ſolere ad ſacra Baptiſteria adferre pueros ut baptizentur; atque vir ille qui portat, Patrinus eſt; quos ego meis oculis tali fungentes miniſterio in itinere vidi.

(2) In Laconicis Cap. XIIX.

(3) Vide Tibullum Lib. I. Eleg. 3. v. 57. & antiquum Epigramma apud Fabrettum Inſcr. ant. Cap. III. n. 448. in qua Phileſia bima rapta a Nymphis Fontanis dicitur, item antiquum lapidem in Gruteri Theſauro pag. DCCXVII. in quo legitur AB. ANTE. OCVLIS. PARENTIS. RAPVERVNT. NYMPHAE. IN. GVRGITE. &c. & pag. DCCCCXXVIII. 4. 5. in duabus aris SOL ME RAPVIT. V. Athenaeum Lib. XIII. Deipnoſophiſtarum pag. mihi 566. Mercurium eumdem ac Solem eſſe oſtendit Macrobius, & Voſſius de Theologia Gent. Lib. II. Cap. XIII.

(4) In Prom. v. 941.

(5) Confer Sponium in Miſcell. pag. 91.

(6) Vide Lucianum de Sacrificiis, & in Dial. Deorum Apollinis, & Vulcani; & Gyraldum Syntagm. IX. Hiſtor. Deorum, qui alios citat auctores.

(7) Mercurii ſimulacrum barbatum Pauſanias deſcribit in Achaicis Cap. XXII. quod vidit Pharis Acheorum oppido in foro, Patrenſibus ab Auguſto adtributo. Gruterus ſculptum Mercurium Barbatum deſcribit in veteri ara pag. LII. 1. Hinc etiam Fortuna ſculpta *barbata*, vide Sponium Miſcell. Sect. III. pag. 104. quae ut inferius dicam Mercurii individua comes eſt; quibus veteres deſignarunt ſine prudentia, & ſapientia opes comparari non poſſe. Vide etiam Benedictum Averanium Diſſert. XVII. in Thucididem n. 1.

tum

tum effingere conſueverunt. In his Gemmis petaſatus non eſt; fortaſſis vel ut hoc modo repraeſentetur qualis in caelo cum Diis verſatur, Ουράνιος, Ολύμπιος, *Caeleſtis*, *Olympius*, (1) ſine galericulo, quo tantum utitur quum ad homines, vel ad infera regna iter parat; vel qualis ambroſiae pocula caelicolis miniſtrans egregie deſcribitur a Sapphone apud Athenaeum; (2) vel tamdem qualis in Palaeſtris colebatur pari honore, & cultu cum Hercule, Caſtore, & Polluce, qui ſunt eius comites in Gemma VII. Tab. LXIX. quod eos ſervaverit, ac cuſtodierit; (3) & hac de re a Pindaro Εναγώνιος *Athleticus* appellatur, (4) itemque a Pauſania, qui eius ſimulacrum deſcribit. (5) Gymnicas artes, & certamina eum monſtraſſe memoriae proditum eſt. (6) Cognomentum Προμάχου *Propugnatoris* a Tanagraeis accepiſſe narrat idem Pauſanias, (7) eo quod invadentibus aliquando ex claſſe Euboea Tanagraeum agrum Eretrienſibus, ephebos in pugnam deduxerit; ipſeque veluti ephebus ſtrigili armatus prae ceteris Euboenſes in fugam verterit. Simulacrum eius Hermaeum, intecto capite, in gymnaſio poſitum, ante quod ephebi pugnant, protuli ex Muſeo Nobilium Victoriorum Romae, quod inſignibus monumentis ditat rerum antiquarum eximio amore, ac ſtudio ſpectatiſſimus Eques Franciſcus Victorius, amicus meus optimus, quem honoris cauſa nomino: (8) eodemque modo athletarum imagines occurrunt breviſſimo capillo, & nudo capite; quod pileo non indigeant, ut docet Lucianus, atque ad ſtrenue perferendos ferventis ſolis radios probe ſint inſtituti. (9)

Quae has conſequitur Gemma IV. in eadem Tabula LXVII. operoſiſſima, atque elegantiſſima eſt. Mercurius Ηγεμόνιος, vel Αγήτωρ *Dux viae*, qui etiam Πομπαῖος *Deductor*, *Emiſſor*, vel Ψυχάπομπος *animarum Ductor*, ut a Pythagora, teſte Laërtio, Ταμίας τῶν ψυχῶν *animarum Quaeſtor* nuncupatur, in ea conſpicitur, reiecta in humeros chlamyde, quo facilius ad implenda Deorum iuſſa ſit promptior, menſae inſiſtens duplici lapide inſtructae. Adopertum habet caput brevi rotundo galericulo, non vero ut

(1) Vide veterem inſcriptionem in Gruteriano Theſauro pag. LIV. 4. Ez. Spanhemii obſervationes in Hymnum in Dianam pag. 132. & Voſſium de Theol. Gent. Lib. II. Cap. XIII.
(2) Deipnoſophiſt. Lib. I. pag. mihi 39. & Lib. X. tum Sapphonem, tum Alcaeum citat, qui Mercurium pocillatorem Deorum fecerunt. Vide etiam Lucianum in Dialogo Mercurii, & Maiae.
(3) Ex Pauſania in Laconicis Cap. XXVI.
(4) In Pythiis Hymno II. Antiſtr. I. & Αγώνιος Iſthmiis Od. I. Antiſtr. IV. ſed lege ad marginem notas Petri Fabri ad Lib. I. Agoniſticon pag. 111.
(5) In Eliac. prior. Cap. XIV.
(6) Vide Lucianum in Amoribus, Athenaeum, qui Simonidis recitat carmina Deipnoſoph. Lib. XI. pag. mihi 491. & Gyraldum Syntagm. Deor. IX. qui plures citat auctores.
(7) In Boeoticis Cap. XXII.
(8) Vide Monumentum, ſive Columbarii Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae Tab. XIII. lit. E.
(9) De Gymnaſiis T. I. mihi pag. 745.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0293
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

in pluribus aliis gemmis umbellato, ac pinnulis utrimque munito; talaria quoque levibus pedibus adnexa, & calceos non habet, ut cernitur in Gemma VIII. eiuſdem Tabulae, ſed nudis pedibus eſt. Auream virgam altera manu praefert, altera vero ſemiapertum volumen, rarum ſane, & obſervatione dignum ſymbolum; quod forte indicat eum Philoſophiae, & artis dicendi auctorem, itemque iuris ſcientia pollentem fuiſſe, qui tum Academiis, tum Tribunalibus praeeſſe ab antiquis creditus eſt; qua laude ornatur a Prometheo apud Lucianum. (1) Frequenter enim in antiquis monumentis occurrunt Oratores, & Philoſophi volumen in manibus gerentes: quare idem Lucianus Philoſophis barbam, peram, baculum, & volumen convenire adfirmat. (2) Hinc idem eloquentiſſimus Deus Λόγιος *Logius* dictus, a diſciplinis, & a facultate dicendi. (3) Cogitabundum, vel ſecum ratiocinantem, planeque Λόγιον exhibet Mercurium Gemma II. e Stroziis Cimeliis deprompta, atque expoſita in Tabula LXVIII. quam elegantiſſimo artificio ſculpſit ſedulus artifex, eoque geſtu, admota ad os manu, qui fit ab his qui multa animo verſant, & ſecum de difficili, & ardua aliqua re ſermocinantur; licet aliqui Antinoum ſub Mercurii, & Harpocratis imagine putarint. Inter laudes Mercurii eam ponit Horatius, quod voce ſua hominum mores inſtituerit, atque formarit. (4)

Verum probabilius cenſeo ea de cauſa Mercurio datum fuiſſe volumen ab antiquis ut declararent in eius cura eſſe defunctorum animas noctu ad inferos deducendas; (5) adeoque in eo ſcripta eſſe hominum mortuorum nomina, ſuperſtitum quoque adnotatas mortes, & quo die, & anno, & ubi eventurae eſſent, ac denique Parcarum decreta, ut apud Lucianum legitur. (6) Egregie hanc meam opinionem illuſtrat idem Lucianus, (7) qui, agente Mercurio mortuorum umbras ad inferos, inducit Cloton libellum ſumentem in manus, & ſingulos defunctos cognoſcentem, quos Mercurius ordine collocat, traditque Tiſiphonae, lectis Charonti eorum nominibus, quum ſit eorum Praeco, & Nomenclator. Pro aurea virga ardentem facem in deductione mortuorum ad inferos ei tradit C. Valerius Flaccus: (8)

Quos

(1) In Prometheo; & in Somnio, ſive Gallo, in quo omnium Deorum *facundiſſimum* vocat; & in Apologia Pro mercede conductis, *eloquentiae praeſidem*. Vide etiam in Dialogis Deorum, Mercurii, & Maiae.
(2) In Luciano bis accuſato.
(3) Idem Lucianus in Pſeudologiſta. Idem cognomentum habet apud Philoſtratum, & Syneſium.
(4) Carminum Lib. I. Ode X. in Mercurium.
(5) Vide Lucianum in Dialogis Deorum Mercurii, & Maiae.
(6) In Iove Tragoedo.
(7) In Cataplo, ſive Tyranno, quem vide.
(8) Libro I. Argonaut. v. 841.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0294
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Quos omnes lenis plantis, & lampada quaſſans
Progenies Atlantis agit : lucet via late
Igne Dei ; donec ſilvas, & amoena piorum
Deveniant .

Plura eidem virgae munera, & prodigia adſignat Virgilius, (1) qui ita cecinit imitatus Homerum :

Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit ;
Dat ſomnos adimitque, & lumina morte reſignat .

Mercurius, ut mihi videtur, umbram, fortaſſis Herculis, ab Orco revocans (2) ſculptus eſt in Gemma VI. Tab. LXVIII. nam ſe ſe incurvat coram ea, eamque adloqui quodammodo videtur . *Evocare*, verbum a Virgilio adhibitum, ad magiam pertinet, & δύναμιν quamdam, & imperium ſignificat ; (3) quare hinc colligere poſſumus Mercurium Magiae fuiſſe peritiſſimum, quod etiam teſtatur Prudentius ad Symmachum .

Aliam explicationem huic tam eximiae, & ſingulari Gemmae ſpectandaeque magnitudinis, ut indicat ſubiecta linea, addere libet, ab eruditis viris fortaſſis non improbandam . Compertum eſt veteres tum Aſtronomos, tum Geometras & Coſmographos radio uſos fuiſſe ad indicandum, deſcribendumque orbem caelo & terra comprehenſum, ut docet Virgilius (4) his verſibus, quos ad rem noſtram illuſtrat Servius :

In medio duo ſigna, Conon ; & quis fuit alter,
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quae meſſor, quae curvus arator haberet ?

In agrorum aliarumque rerum metationibus conſtat tum ex ſacris Paginis, (5) tum ex aliis auctoribus, qui de his egerunt, virgam ſive calamum arundineum adhibitum fuiſſe, uti obſervat eruditiſſimus Hieronymus Aleander in expoſitione Heliacae Tabulae, in qua Mercurii caduceum ex arundineo calamo factum eſt,

(1) Aeneid. Lib. IV. v. 242.
(2) Conſule Nat. Comitis Mytholog. de Mercurio, & Gyraldum Syntagm. IX. Hiſtor. Deorum.
(3) Vide virorum doctorum adnotationes in adlatum Virgilii locum ; & Lucianum de Saltatione, in Charonte & in Dialogis Deorum, Apollinis & Vulcani circa finem.
(4) Eclog. III. v. 40.
(5) Ezechielis Cap. XL. v. 3. & Apocalypſis Cap. XXI. v. 15.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0295
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

eſt, cui implexi ſunt angues. Hinc, ut idem Aleander obſervat, virga Latinis *radius* dicitur, Graeca fortaſſis origine ῥάβδος. In hac igitur rariſſima Gemma ſculptum eſſe arbitror Mercurium *Aſtronomum*, & *Geometram*, qui hac de cauſa propria harum diſciplinarum inſtrumenta manibus praefert, nempe radium ſeu virgam, & volumen, in quo forte caeleſtis, & terreſtris orbis deſcriptus eſt. A Mercurio Geometriam, Aſtrologiam, & Haruſpicinam doctos fuiſſe Aegyptios memorat Iulius Firmicus, & Plato in Phaedro. Conſtat etiam inter Deos Επιτερμίους *Terminales* & ipſum Mercurium adnumeratum fuiſſe, eiuſque ſimulacrum in agrorum finibus pro termino poſitum, quemadmodum Dionyſius aliique complures auctores oſtendunt. (1) Quod vero Mercurius primus omnium litteras, ſcribendique formam invenerit, calamum, & cetera ſcriptoria inſtrumenta veteres dedicarunt; itemque Piſcatores arundineum calamum conſecrarunt, quod piſcandi artem primus omnium tradiderit. (2)

Idem Mercurius Νεκρόπομπος, (3) Ψυχαγωγός, *umbrarum Dux*, & Εριχθόνιος deſignatur in eadem Tabula G. III. & VII. qui umbram defunctorum, ſeu perſonam, & larvam manu tenet, & oſtentat; quae, ut fabulabantur, animarum indicant vehicula, & idola, earumdemque tranſitum ad Elyſios. (4) In Tabula pariter LXXI. G. I. larvae caput horrificum capillis apprehenſum tenet, ad denotandum ſuum munus apud inferos; ni tamen Argi caput ſit ab eo reciſum, qui hac de cauſa Αργειφόντης dictus eſt, eoque modo obtruncata hoſtium capita portari ſolebant: altera vero manu pateram tenet ad libationes, & ſacrificia peragenda, ni vero caeleſtis globus, eius ſidus deſignans, alicui videatur. Hinc Lucianus perſaepe mortuorum umbras larvis, & oſcillis comparat, (5) & Homerus non uno in loco eas vocat εἴδωλα καμόντων *ſimulacra mortuorum*. (6) Quum vero non raro occurrant in Gemmis, & in vetuſtis anaglyphis e marmore ſculpti Fauni ceterique Bacchi comites in manibus geſtantes oſcilla, & perſonas, dubium hinc ortum mihi eſt an ſuperius citatae Gemmae III. & VIII. in Tabula LXX. illuſtrent Bacchi pompam, in qua locum habuiſſe & ipſum Mercurium conſtat, quod eiuſdem numinis

(1) Lib. V. Herodotus Lib. II. Strabo Lib. XVII. Servius ad III. Eclogam Virgilii, Phornutus de Mercurio, & Iſidorus Lib. III. Originum.
(2) Plura habentur vetera Epigrammata in Anthologia Lib. IV. Cap. XXII., & Lib. III. Cap. III. n. 3.
(3) In Cataplo, ſeu Tyranno,
(4) Vide Deſcriptionem Monumenti ſive Columbarii Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae Tab. VII. pag. 17.
(5) In Menippo, & in Charonte, & alibi.
(6) Odyſſ. Lib. XXIII. v. 14. a quo alii Poetae didicerunt Virgilius, Tibullus, Auſonius. Vide Deſcriptionem Monumenti Libertorum Liviae Auguſtae pag. 19.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0296
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

nis cuſtos, & curator fuerit. Omnium magnificentiſſimam Bacchicam pompam inſtituit Ptolemaeus Philadelphus Aegypti Rex, in qua, ut auctor eſt Athenaeus, (1) cum Nymphis, Silenis, & Satyris fuit etiam Liberi Patris comes Mercurius aureum ferens caduceum, eidemque vecto ſub antro temporario praeibat, inumbrantibus arborum frugiferarum frondibus, quod etiam appenſis coronis, taeniis, mitris, thyrſis, tympanis, perſoniſque tragicis, comicis, ſatyricis ornatum erat. Accedit quod Mercurius, haudquaquam vino deditus, ut idem Bacchus, & ceteri ex eius famulitio, vinarium vaſculum proiectum conculcat ſiniſtro pede in Gemma III. Tab. LXX. Spicae vero tritici, quae ad pedes eius ſculptae ſunt, non iacentes, ſed rectae, frumento potius eum gaudere ſignificant; cui etiam horrea veluti Genio Conſervatori a veteribus commendata fuiſſe me legere memini; quae Gemmae denotant quoque ei tributam fuiſſe ſcientiam artis Agriculturae; quemadmodum & Paſtoritiae, (2) quod declarant oves, & arietes, qui in eius tutela ſunt, quod eorum greges augere, & multiplicare crederetur; eaque de cauſa ipſe ſtabulorum Praeſes, teſte Heſiodo, in his Gemmis vel caput arietinum manibus praefert, vel arieti inequitat, (3) vel arietem, & hircum iuxta ſe habet; ni tamen denotet ſe in hircum transformaſſe, quo facilius lateret in Arcadia comprimens puellam Penelopen Spartanam, e qua Pan Deus Arcadiae Paſtorum muſicus, Bacchi Socius, natus eſt. (4)

Mercurium *Superum*, & *Caeleſtem* (nam de *Infero* ſuperius diximus) oſtendit Gemma perelegans v. in Tab. LXX. in qua ſubiectum ſuis pedibus terreſtrem globum idem Mercurius indicat, pinnaſque, non ut in aliis gemmis, ſupra aures, ſed ſupra frontem eminentes habet, eodem modo ut capita Muſarum ornantur, quarum idem comes, & ſocius deſcribitur a Pauſania, communemque cum ipſis & Apolline aedem habuit in Arcadia. (5) Scorpius Mercurium Χθόνιον *Terreſtrem* deſignat, qui in duabus Gemmis IX. Tab. LXX. & I. Tab. LXXI. occurrit; nam hoc animal terra vivit, auctore Plinio, (6) ſeu, ut Voſſius interpretatur, pinguiori terrae ſucco. (7) Poteſt etiam ſcorpius quum ſit

(1) Deipnoſophiſt. Lib. V. mihi pag. 200.
(2) Conſule Gyraldum in Hiſtoria Deorum Syntagm. IX. qui Heſiodi verſus citat, qui eum Paſtorum Deum appellat.
(3) Pauſanias meminit Mercurii Κριοφόρου eiuſque ſimulacri, & feſti apud Tanagraeos; quod aries ſit in eius tutela; ad lucrum ex ovium, & arietum gregibus provenientem indicandum.
(4) Feſtive totam Fabulam deſcribit Lucianus in Dialogo Panos, & Mercurii.
(5) In Arcadicis Cap. XXXII.
(6) Lib. X. Cap. LXXII.
(7) De origine, & progreſſu Idololatriae Lib. IV. Cap. LXIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0297
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſit doli, atque fallaciae ſymbolum, Sophocle auctore in Captivis, & Nicandro in Theriacis, (1) callidiſſimam Mercurii indolem deſignare, qui in Hymno in eius honorem, qui Orpheo tribuitur, Πολύτροπος, & Ποικιλομῆτις, *vafer*, & *verſipellis* vocatur. Solis virtutem exprimit ſcorpius, ut docet Macrobius; (2) quare etiam Mercurio convenire poteſt, atque in eius tutela eſſe, quum ipſe idem ſit ac Sol. (3) In tabulis anaglyphis ſacra Dei Mithrae referentibus, ſcorpius obſervari poteſt ſculptus ſub ventre tauri. (4) In ſacris vero Deae Syriae ſcorpium adhibitum fuiſſe, ut evigilare faceret hominem, qui per ſeptem dies inſidere debebat ingenti ſimulacro Priapi, ex Luciano intelligimus. (5) Probabile quoque videri poteſt hunc ſcorpium in his Gemmis Mercurio *Terreſtri* adpictum, ſignificare poſſe acervum lapidum, qui fiebat in honorem Mercurii a praetereuntibus per vias, quibus praeeſſe putabatur, quem morem luculenter illuſtrat laudatus Hieronymus Aleander. (6) Hi vero acervi, ut conſtat ex ſcriptoribus de agris limitandis, *ſcorpiones* appellati fuerunt, quod in metam, & conum faſtigiatum deſinentes, ſcorpionis caudam imitarentur. (7)

Mercurium quoque *Marinum* Πελάγιον, Θαλάσσιον veteres coluere; a quo piſcatores artem piſcandi parandique ex ipſa lucrum didiciſſe, eiuſque numini propterea devotos fuiſſe docet Oppianus, qui eum invocat appellatque *Regem*, & κλυτόβυλον *prudentia inclytum*. (8) Eidem ſua inſtrumenta dedicare voti cauſſa piſcatores conſuevere. Aegyptii, teſte Cicerone, qui quinque Mercurios enumerat, Mercurium e Nilo patre ortum tradidere, quem nefas putabant nominare. Eidem ſacrum fuiſſe piſcem boacem adfirmat Euſtathius, (9) tamquam Deorum praeconi, & caduceatori, quod ipſe piſcis vociferationem nomine, & ingenti ore ſuo exprimit.

Verum ſub Anubide celebris apud Aegyptios Mercurii fuit cultus, quem eidem iunctum conſpicimus in Gemma IV. Tab. LXXI. Anubidi Mercurius caput arietinum oſtendit, quaſi innuat eius cultus auctorem fuiſſe; nam arietinis capitibus aras Deorum in

(1) Vide Pierium Valerianum in Hieroglyphic. Lib. XVI. pag. mihi 161.
(2) Saturnal. Lib. I. Cap. XXI.
(3) Ex eodem Macrobio Saturnal. Lib. I. Cap. XVII. & Cap. XIX.
(4) Vide apud Philippum a Turre Epiſcopum Adrienſem Cap. IV. de Mithra pag. mihi 191.
(5) De Syria Dea Tom. III. pag. mihi 780.
(6) In antiquam Tabulam Heliacam de cumulis lapidum agens, pag. 37.
(7) Siculus Flaccus de condit. agror. pag. 4. edit. Goeſii. Plinius Lib. XXII. Cap. XIII. Vide Scaligerum Comment. in Aetnam.
(8) Initio Libri Αλιευτικῶν.
(9) In Librum A. Iliadis n. CLXV. pag. 175. novae Florent. edit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0298
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

in quibus ſacrificia peraguntur, ornari conſueviſſe neminem fugit. Ipſe Anubis, quemadmodum & in Menſa Iſiaca obſervari poteſt, ſtat ſublatis manibus; qui geſtus, ut conſtat, eorum proprius eſt qui numen orant. Ceterum, ut ex Gemmis oſtendit Gisbertus Cuperus, manibus praeferre ſolet ſiſtrum, & ſitulam, itemque caduceum. (1) Canino cum capite, caudatuſque heic ſculptus eſt, humanos pedes nulla veſte, vel faſcia velante, ut in aliis Gemmis; quod canis animal ſagaciſſimum, ei ſacer ſit, ut in Virgilium obſervat Servius. (2)

Praetereundus plane non eſt ſine aliqua obſervatione Mercurius Χαρμοφέρος *Bellifer*, galea ornatus in Gemma VI. Tab. LXX. itemque in VII. in qua armatus occurrit, caſſide alis retro inſtructa; haſtam, gladiumque e vagina ſublatum tenens, quem Marti infans ſubripuit; (3) ni tamen ſit harpe, qua Argum obtruncaſſe ferunt, a qua Αρπεδοφόρος *Harpedophorus* dictus. Galeam memorant dediſſe Perſeo, qui poſtquam reverſus eſt interfecta Meduſa Gorgone, eius caput Palladi donavit, galeamque Mercurio reddidit, ut auctor eſt Apollodorus. (4) Mercurium galeatum deſcribit Pauſanias, quem apud Meſſenios conſpexit. (5)

Quod ſupereſt nunc aliquid dicendum de Diis ἑταίροις Mercurii, qui in his elegantiſſimis Gemmis cum eo ſculpti ſunt. Primum occurrit cum Mercurio Fortuna in Gemma IV. Tab. LXXI. quae ex ſuis ſymbolis temone, & copiae cornu conſpicua eſt. In altera, quae conſequitur Gemma, quum deſit temo, Fertilitatem, vel Tranquillitatem, vel Laetitiam, vel etiam Abundantiam repraeſentari puto, quae Mercurium coronat; quamvis & ipſa Fortuna homines coronare dicatur a Luciano, (6) qui ait: Τὸν μὲν γὰρ λαβοῦσα ἡ Τύχη βασιλικῶς διεσκεύασε, τιάραν τε ἐπιθεῖσα, καὶ δορυφόρους παραδοῦσα, καὶ τὴν κεφαλὴν στέψασα τῷ διαδήματι. *Alium ſiquidem Fortuna diligens regiis ornat inſignibus, & tiaram imponens, & ſatellites addens, & caput diademate coronans*; quae deſignant a Mercurio, qui Κερδῶος *Lucrifer* dicitur, (7) ac Δώτωρ *Munificus*, & theſaurorum dator, (8) omnia hominibus bona provenire vel ex diſciplinis, vel ex theſauris, quibus praeeſt; vel ex mercibus, quas curat, auget, & ſervat; vel ex armorum peritia,

(1) De Harpocrate pag. 48.
(2) In Aeneid. Lib. VIII. v. 698.
(3) Ex Apollodori Bibl. Lib. II.
(4) Lib. II. Bibl. Aliter Zenobius Centur. I. Prov. XLI. Vide Cuperum in Monumenta antiqua pag. 194.
(5) In Eliacis Prior. Cap. XXVII.
(6) In Necyomantia Tom. II. pag. 116. 117.
(7) In Navigio, ſeu Votis apud eumdem Lucianum Tom. I. pag. 871. & ex Donianis Inſcr. Cl. I. 168.
(8) Tum in Odiſſ. Lib. Θ; tum in Hymno qui ei tribuitur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0299
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

tia, quibus parat Victoriam, quae cum Fortuna eum comitatur, palmamque praeferens, eum ſubridens coronat; ambae vero hae Deae Mercurium reſpiciunt bonorum omnium largitorem, DEVM MAGNVM, quemadmodum vetuſtae Tabulae eum appellant, itemque *Auxiliatorem*, & Αλεξίκακον *malorum Averruncatorem*, & *Depulſorem*, & ORBIS CONSERVATOREM, ut ſtulta ſuperſtitione veteres credebant. (1)

Mercurii demum comites, & ſocii ſunt ΜΕΓΑΛΟΙ ΘΕΟΙ *magni Dii* Caſtores, ut cernitur in Gemma VII. elegantiſſima Tab. LXXI. qui etiam in antiquo lapide votivo Gruteriano, addito pariter Hercule, omnes ſimul iuncti nominantur conſecranturque; cuius mutuae ſocietatis & amicitiae ea cauſa eſt quod non ſolum & ipſi iiſdem ſtudiis Muſicae, & Palaeſtrae delectantur, eiſque praeſunt, verum etiam quia opinio fuit Thalamatarum praeſertim, ut memorat Pauſanias, (2) Caſtores in inſula Pephni ortos, Pellanam nutriendos a Mercurio deportatos fuiſſe. Perbelle apud Lucianum (3) Mercurius Apollinem docet diſcrimina quibus hi fratres inter ſe omnino ſimiles internoſci queant; rationemque reddit Apollo cur hunc Caſtorem appellarit, qui Pollux erat, & rurſus Caſtorem Pollucis nomine, inquiens: Επὶ τάγε ἄλλα πάντα ἴσα, τᾧ ὠᾧ τὸ ἡμίτομον, καὶ ἀϛὴρ ὑπεράνω, καὶ ἀκόντιον ἐν τῇ χειρὶ καὶ ἵππος ἑκατέρῳ λευκός. *Nam cetera certe omnia aequalia ſunt; ovi pars dimidia, & ſtella ſuperne imminens, & iaculum in manu, & equus utrique candidus*. Verum in hac Mediceae Gazae Gemma Caſtores nudo ſunt capite, & haſtam non iaculum tenent, & alterius equus non ſtragulo inſtratus eſt ſed pelle, & ambo ſe ſe mutuo reſpiciunt.

Ne vacua pluribus lineis ſit haec pagina, rurſus illuſtranda eſt perrara Gemma VI. Tab. XXXXIV. de qua ſuperius ſermo pag. 103. quae non Comicum Saltatorem, vel Poetam, nec aliquem Choragii ducem, & moderatorem, nec Pantomimum aliquem exhibet, ſed ipſum Mercurium Καταχθόνιον *Inferum;* qui manibus caput arietinum, & virgam praefert. Neque enim aliter ſculptus eſt in ipſa archetypa Gemma Medicea perelegantis operis, quam diligenter, etſi ſerius quam oportebat, obſervavi.

TA-

(1) In Gruteriano Theſauro LIV 13. in Syntagmate Reineſiano Cl. I. n. LXXXI. apud Tomaſin. de Donar. Cap. III. pag. 23.
(2) In Laconicis Cap. XXVI.
(3) In Dialogo Apollinis & Mercurii Tom. III. p. 23.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0300
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

TABVLA LXXII. LXXIII.

VENVS CVM ADONIDE MARTE ET CVPIDINE.

HVmanis animis insitam intelligendi generandique geminam potentiam duplex VENVS Οὐράνιος *Caelestis*, & Πάνδημος *Popularis*, seu *Vulgaris* designat, iuxta Platonis sententiam. (1) Alas Veneri *Caelesti* optime convenire ostendit Leonardus Augustinius, allato apospharagismate Gemmae, (2) in qua Venerem *Volucrem* praeit Amor; cuius opinionem secutus est Maffeius Eques. Verum quum hactenus penes nullum auctorem legerim Veneri alas vel a Graecis, vel a Romanis datas fuisse; quamvis alae celerrimum eius stellae cursum, Soli paene parem, ut ostendit Macrobius, (3) fortasse indicare possint; ad Nemesim tamen imaginem expressam in Gemma 1. Tab. LXXII. revocandam esse censerem, quam alis ornatam, ut inferius caelata in Gemmis occurrit, describit Pausanias. (4) Praeterquamquod Venus *Caelestis* haudquaquam hoc modo cum alis sculpi consuevit. Nam veteres cum crederent Venerem *Caelestem* Parcarum esse unam natu maximam, vel armis indutam, vel altero pede testudinem prementem effinxerunt, primique omnium Assyrii eam coluere. (5) In hanc rem facit quod Plinius memorat de Agoracrito Pario, & Alcamene Athenienfe, Phidiae discipulis. *Certavere*, inquit, *inter se ambo discipuli in Venere facienda; vicitque Alcamenes in opere, sed civitatis suffragiis contra peregrinum suo facientis: quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse tradunt ne Athenis esset, & appellasse* NEMESIM. (6)

Sceptrum imperii summaeque potestatis symbolum tenet Venus Amorum mater (ni tamen spiculum alicui videatur) in Gemma 1. quae in sequenti Tab. LXXIII. cernitur. Caelo, terrae,

(1) Plato in Convivio. Vide Caelium Rhodiginum Lect. ant. Lib. XXIII. Cap. III.
(2) Gemm. ant. Par. III. Tab. I. pagg. 3. 4. 5. Gemmae ab Augustinio allatae aliam longe similem affert Michael Angelus Causeus Parisiensis Tab. LXXV. in libro, qui inscriptus est, *Le Gemme Antiche Figurate*. Romae MDCC. Venus tamen haud alis instructa est, sive *Aligera*.
(3) In Somnium Scipionis Lib. II. Cap. XI.
(4) Pausanias consulendus in Atticis Cap. XIV. & XIX. & XXXIII.
(5) Idem in Laconicis Cap. XXIII.
(6) Hist. Nat. Lib. XXXVI. Cap. V.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0301
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

rae , mari , omnibuſque elementis credita eſt dominari , quod omnia generatione fiant , cui praeeſt . (1) Empedocles Poeta apud Athenaeum narrat quoſdam populos extitiſſe , qui praeter Venerem Βασίλειαν *Reginam* , nullum aliud Deorum numen venerarentur . (2)

Venerem *Amphitritem* , ſive *Anadyomenen* , (3) e maris undis egreſſam , excipit blando geſtu Cupido , qui & ipſe e mari ortus fingitur , ut oſtendit Gemma II. Tab. LXXII. talique modo ſculptam fuiſſe teſtatur Pauſanias in baſi throni Iovis Olympii adſtante Suada , quae ei coronam defert . (4) Navis gubernaculum quod altera manu tenet , capite ſuo ſuſtinet idem Cupido , cui tota Veneris potentia , & vires incumbunt . (5) E mari ortam Venerem antiqui putarunt propter eius fecunditatem : (6) nam ex humido elemento ſive ex aqua omnia gigni Homerus primus omnium , deinde Thales , aliique antiquiſſimi Philoſophorum docuerunt . (7) Veneri balneum ingreſſae , (8) ut exhibet Gemma V. Tab. LXXIII. veſtes ſervat Priapi ſimulacrum , cuius ſinus pomis refertus eſt ; quod pro termino ſimul , & fonte inſervit , eo prorſus modo ut in Balneis , & in Palaeſtris ſuper Hermeas ſtatuas vel Herculis , vel Mercurii veſtes lavantium , & certantium poni ſolebant . (9)

Venus in balneo ſedens conſpicitur in Gemma VII. Tab. LXXII. & in ſequenti VIII. ſedet ante aediculam Priapi ; (10) quae Numina rerum generationi praeeſſe veteres crediderunt ; quare votis propitios ſibi reddere praeſertim mulieres conſueverunt . Hinc Horti eorum tutelae commendati , (11) quod , ut auctor eſt Varro , eadem generationis ſymbolum ſint . (12) Veneri quoque convenit , ea ut arbitror de cauſa , ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΥ FRVGIFERAE cognomen , quo a Sophocle laudatur , cuius etiam meminit Plutarchus . (13) Eadem de cauſa comes iiſdem additus Mercurius ,

atque

(1) Plura in hanc rem Natalis Comes Mytholog. Lib. IV. Cap. XIII. qui citat Euripidem in Coronifero Hippolyto , Hymnum in Venerem Homero tributum , Theocritum in Europa , & Orpheum .

(2) Athenaeus in principio Lib. XII. Deipnoſoph .

(3) Ita appellata Venus , teſte Plinio Lib. XXXV. Cap. X. cuius pictam tabulam Auguſtus in templo Divi Iulii dedicavit .

(4) In Eliacis Prior Cap. XI.

(5) Ita eum compellat Venus apud Virgilium Aeneid. Lib. VIII. v. 668.

Nate , meae vires , mea magna potentia ſolus ;
Nate , patris ſummi qui tela Typhoea temnis ,
Ad te confugio , & ſupplex tua numina poſco .

(6) Conſule Plutarchum in Quaeſt. Convivalib. Lib. VI. n. X.

(7) Vide Thomam Stanleium Par. I. Cap. VI. Hiſtoriae Philoſophiae de Thalete , edit. Lipſiae MDCCXI.

(8) Venus in Balneo ſe lavans deſcribitur in pluribus Epigrammatis in Anthologia Lib. IV. Cap. XVIII. 14. 15. 16. 27. quae videre poteris , ſi otium ſit , ac lubeat .

(9) Vide Sen. Bonarrotium in Praefatione ad Obſervat. in Numiſm. m. m. pag. XXVI.

(10) De hoc obſceno more D. Auguſtinus Lib. VII. Cap. XXIV. de Civit. Dei . Vide Michaelis Angeli Cauſei Diſſert. de Mutini ſimulacro in fine Muſei Romani pag. 125.

(11) Columella in Carmine de Hortis . Virgilius Lib. IV. Georg. v. III. Catullus Carm. XVIII. XIX. XX. Horatius Lib. I. Satyr. VIII. Vide Tomaſinum de Donariis Cap. XXIV. XXVII. Gyraldi de Deis Gentium Syntagm. XIII. Vide etiam Epigramma in Par. I. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium pag. 95. n. 45 In Anthologia Lib. IV. Cap. XII. n. 88. 89. 90. & Cap. XXI. n. 3.

(12) De Re Ruſtica Lib. I.

(13) In Praeceptis Connubialibus .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0302
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

atque olerum frugumque hortenſium praeſes factus . (1) In hortis horum Numinum ſtatuae , & templa poſita leguntur . Pauſanias meminit templi & ſigni Veneris , figura ut Hermae quadrata , Athenis in Hortis collocati . (2) In Hortis Salluſtianis Romae in Regione VI. ex antiquo lapide diſcimus templum Veneri ſacrum fuiſſe . (3) Venus fortaſſis *Hortenſis* , cuius meminit M. Varro , (4) ut auguror , ſculpta eſt in Gemma VIII. eiuſdem Tab. LXXII. quae , ut in altera Gemma VII. myrti ramuſculum manu praefert : quae quum ei ſacra ſit , *Myrtia* , ſeu *Myrtea* appellata eſt ; (5) iuxta quam ſculptum eſt vas . Myrtus Veneri ideo gratiſſima eſt , quod amorum conciliationem , & naturam ſignificet , (6) qua utpote Veneri grata aedem Bonae Deae non exornabant caſtae feminae , quae eam colebant , quamvis ceteris floribus , & plantis ſtuderent . (7) Papavera Veneri dedicavit priſca aetas , quia eius fecunditatem declarant , & roſam quoque florum reginam tribuit , quae egregie laudatur ab Anacreonte . (8)

Iaculum ſive haſtam , utraque parte lato ferro acutam gerit Venus Δέσποινα *Domina* , ſculpta in Gemma III. elegantiſſima in eadem Tabula LXXII. (9) manuque altera dedicatam ſibi columbam , (10) amorum ſymbolum , praefert ; (11) ni tamen alba turtur ſit , quam tum Veneri , & Cereri , tum vero Parcis , & Furiis ſacravit antiquitas , ut narrat Aelianus : (12) cerniturque ſeminuda , innixa cubito columnae ; cui , ut in aliis ſequentibus Gemmis IV. V. & VI. quae exhibent Venerem ΝΙΚΟΦΟΡΟΝ *Victricem* , armis Martis , (13) vel aureo Paridis pomo gloriantem , ſcutum incumbit . Eadem Χρυσῆ Aurea Venus , quemadmodum & in aliis Gemmis , quae in his Tabulis ſpectantur , ornatum habet caput apice , ſive diademate in faſtigium deducto , quod in quodam ſigno Veneris apud Sicyonios ex auro , & ebore conſtructum obſervavit Pauſanias , & πόλον *polum* appellavit . (14)

Venerem pulcherrimum Adonidem deperiiſſe fabulantur Poetae , (15) & oſtendit Gemma VI. Tab. LXXIII. Martem quoque ad

(1) Ex Anthologia Lib. IV. Cap. XII. n. 41. & 113. 115.
(2) In Atticis Cap. XIX.
(3) Vide Panvinium in Vrbe Roma Reg. VI. pag. mihi 179. Edit. Paris .
(4) Lib. I. de Re Ruſtica .
(5) Varro Lib. IV. de Ling. Lat. Plinius Lib. XII. Cap. I. & Lib. XV. Cap. XXIX. Athenaeus Lib. XV. Deipnoſoph.
(6) Vide Gyraldum de Deis Gent. Syntagm. XIII. fere in princ. Pier. Valerian. Hieroglyph. Lib. X. Cap. IX.
(7) Ex Plutarcho in Quaeſt. Centuriatis Rom.
(8) Confer Tomaſinum de Donariis Cap. XVI. Papavera eius fecunditatem indicant , ut docent Porphyrius apud Euſebium Lib. III. Cap. XI. de Praepar. Phornutus de Nat. Deor. Cap. XXVIII. Theocritus Idyl. VII. in fine.
(9) Veneri iacula , & ſagittas tribuit Theocritus in Europa.
(10) Vide Aelianum de Animal. Lib. IV. Cap. II. Propertius Lib. III. Eleg. II. v. 51.
Et Veneris DOMINAE volucres mea turba columbae ,
Tingunt Gorgoneo Punica roſtra lacu .
(11) Teſte Fulgentio Lib. II. Mythol. Vide Io. Bapt. Caſalium de antiquis Roman. ritibus Cap. V. pag. 118. edit. Rom.
(12) De Animalibus Lib. X. Cap. XXXIII.
(13) De Venere armata plura exſtant Epigrammata in Anthologiae Lib. IV. Cap. XII. n. 21. 22. 24. 25. & 62. 104.
(14) In Corinthiacis Cap. X.
(15) Vide Gyraldum de Deis Gentium Syntag. III.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0303
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ad bella euntem moratur, & illecebris demulcet, ac nuda vincit ſine ceſtu Venus : (1) quae fabula vario modo expreſſa eſt in tribus Gemmis elegantiſſimis, quae in ultima ſerie eiuſdem Tabulae conſpiciuntur. Venus Martem complectens caeleſtem ſuum globum conculcat ; qua fabula veteres docuerunt tunc hominis caeleſtem divinamque mentem deprimi, quum a vitiis & voluptatibus occupari ſe ſinit. In ectypo apud me adſimilis Gemmae Venus Martem illecebris deliniens inſiſtit pede cuidam parvae baſi ; verum in hac Medicea Gemma globus perſpicue conſpicitur faſciis decuſſatus, illique omnino conformis eſt, qui Vraniae Muſae adſignatur.

Potentiſſimus Deorum omnium Amor nondum alis inſtructus e Veneris gremio proſilire ſtudet, ut oſtendit Gemma IV. Tab. LXXIII. Dimiſſus tandem vel ex eius manu pendet, vel arcu, & ſagittis ab ea donatur ; circa quam etiam circumvolat, ut cernitur in Gemma III. eiuſdem Tab. LXXIII. Feſtive Statius agmen Amorum circa Venerem in thalamo iacentem deſcribit. (2) Venerem ab Amore victam, & domitam inferius in eximia Gemma I. Tab. LXXXII. obſervabimus.

TABVLA LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII.

AMORIS VIS ET STVDIA.

QVemadmodum, ut auctor eſt Sophocles, non una Venus eſt, ſed multiplex, omniumque particeps nominum ob varias innumeraſque eius cauſas, & effectus ; ita quoque AMOR, ſive CVPIDO omnium Deorum maximus, & vetuſtiſſimus, ut veteres commenti ſunt, (3) ob infinitas paene formas, quas induit, varioſque hominum affectus, & ſtudia, quae ingerit,

(1) Mars a Venere devictus perbelle pingitur a Lucretio Lib. I. v. 32. a Nonno Dionyſiac. Lib. XXXIV. v. 331. & a Statio Thebaid. Lib. III.

(2) Silvar. Lib. I. pag. mihi 60. edit. Cruceii.

(3) Ex Platone in Sympoſio. Cupidinis vis, ac potentia egregie deſcribitur a Luciano in Dialogo Veneris, & Cupidinis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0304
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

rit, fovet, atque alit, infinitis propemodum gaudet nominibus, nec tamen ſatis exprimi, ſatiſque explicari poteſt: nam, Plutarchi ſententia, ipſemet aenigma inventu ſolutuque difficile eſt; ſiquidem ſimul odit & amat, fugit & perſequitur, minatur & ſupplicat, iraſcitur & miſeretur, vult & non vult, eadem de re nunc gaudet maxime, nunc triſtatur. Quanta vero ſit Amoris vis, ac poteſtas, & quantum caelo, terrae, ac mari, ſuperis inferiſque etiam Diis imperare commenti ſint veteres Mythologi, (1) haud opus eſt pluribus oſtendere, quum pleni his laudibus ſint libri Poetarum, & auctorum, qui de eius virtute ſcripſerunt. (2) Id quoque teſtati ſunt antiqui artifices; nam Cupidinem fingentes, ut in his Tabulis videre eſt, tropaeis, & armis gaudentem, parazonium vel haſtam ferentem, varia armorum genera fabricantem, Circenſium curruum agitatorem, vinitorem, coronarium, athletam, citharoedum, tibicinem, venatorem, piſcatorem, ſacra facientem, ſexcentiſque aliis ſtudiis operam dantem; nil aliud profecto ſignificare voluerunt quam homines variis artibus, & facultatibus impenſe deditos: quod etiam egregie oſtendit Lucianus deſcribens Aëtionis eximii pictoris tabulam, in qua nuptias Alexandri, & Roxanes nobilitabant plures Cupidines variis ſtudiis operam navantes. (3)

Iuxta igitur hominum diverſa ſtudia, & affectus, vel rerum ab omni terreni corporis labe ſecretarum, vel non ſecretarum, Plato in Sympoſio Amorem duplicem fecit, Οὐράνιον *Caeleſtem*, & Πάνδημον *Vulgarem*, ſive *Popularem*. Propria CVPIDINIS arma ſunt fax, quod ipſe ignis ſit, vel ignis virtuti cumulatiſſime reſpondeat; (4) arcus quoque, & ſagittae, quibus refertam habet pharetram, eaſque interdum gerit, vel deponit, inſtaurat, vel infringit, ut plures Gemmae facile cuivis oſtendunt in his Tabulis. Amoris facem ipſum Solem perurere oſtendit Venus apud Moſchum in Amore fugitivo, quem egregie deſcribit. (5) Rapienti Iovi Europam, vel Plutoni Proſerpinam, vel celebrantibus Diis nuptias ſemper Cupidines praeeunt accenſas faces ferentes, qui egregie a Luciano, (6) & Claudiano deſcribuntur. (7)

In

(1) Amoris *Panthei* aheneum ſimulacrum exhibui ex Muſeo Bonarrotio, & obſervationibus illuſtravi in Parte I. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium Tab. XVI. n. IV. pag. LXXIX. LXXX. in quo effingendo ut oſtenderet ſcitiſſimus artifex omnes Deos Amori cedere, atque obtemperare, varia Numinum inſignia eius pedibus ſubiecit.

(2) Vide Oppianum Cyneget. Lib. II. v. 410. Athenaeum Lib. XIII. Deipnoſoph. Auſonium in *Cupidine crucifixo*. Aelianum Lib. II. Var. Hiſtor. Cap. XXI. Alex. Aphrodiſienſem Lib. I. Problemat. LXXXVII. Platonem in Sympoſio.

(3) In Dialogo Herodotus, vel Aetio. Tom. III. p. mihi 216.

(4) In Anthолog. Lib. I. Cap. XXVII. n. 8. & Lib. IV. Cap. XII. n. 61. 108. & 109.

(5) In Anthologiae Lib. I. Cap. XXVII. n. 9.

(6) In Dial. Zephyiri, & Noti.

(7) In Honorii, & Mariae Epithalamio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0305
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

In Gemma VII. Tab. LXXIV. Cupido dilapſae in cinerem faci, ac paene extinctae incumbens, maerenti ſimilis, qualis omnino in ſepulcris defunctorum frequenter ſculptus conſpicitur, Mortem, vel Somnum eiuſdem Mortis fratrem deſignat: quem veteres *Somnum aeternalem* dixere. (1) Extinctae faces ad inferos viam demonſtrant, ut docet Meleagri Epigramma in Anthologia, in quo immaturum ſponſae Clearistae interitum deflet. (2) Hanc Gemmam huiuſmodi typo inſcalptam, aliaſque non abſimiles, quae vel *Genium memorem brevis aevi*, ut ait Horatius, (3) vel Elyſiorum gaudia, & beatitatem, ut credebant, ſymbolice praeferunt, in anulis, ut mea fert opinio, veteres libenter ferebant, ut memorato ſibi mortis velociſſimo curſu, eo liberius, atque impenſius voluptatibus indulgerent, nilque aliud quam vivere cogitarent: quorum ſtulta conſilia in ſacris Paginis, ut fugiantur, deſcribuntur. (4)

Amor virtutis, & ſapientiae exprimitur in Gemma VIII. eiuſdem Tabulae LXXIV. nam Cupido abiecto arcu, & pharetra, corollam gloriabundus oſtentat, iam iam capiti ſuo impoſiturus; de quo exſtat in Anthologia perelegans Mariani Scholaſtici Epigramma. (5) Corollam item Cupido attollit in ſequenti Gemma IX. eiuſdem Tabulae, victoriae praemium; alter vero Cupido, ut mihi videtur, pilam. Puerorum certamina deſcribuntur a Pauſania, (6) quae nullo veteris memoriae exemplo arbitratu ſuo inſtituerunt Elei.

Cupidines in palaeſtra luctantes praeferunt Gemmae I. II. & III. Tab. LXXVI. cerniturque Herculis Hermaeum ſimulacrum, in quo palmae infixae ſunt, victorum praemia. Athletarum Deus ipſe etiam Cupido habitus eſt, & in palaeſtris, & in Academiis collocari ſolitus. (7) In gymnaſio Eleorum caelatum fuiſſe tradit Pauſanias Cupidinem, palmae ramum manibus tenentem, quem Anteros ex eius manibus extorquere conatur. (8)

Cupido *Agonotheta* ſimul & Δισκόβολος *Diſci iaculator* exhibetur in Gemma V. Tab. LXXVI. nam altera manu diſcum, altera virgam, ſive ſceptrum tenet. (9) Pugnaci gallo in palaeſtra pal-

(1) De Genio Mortis eruditiſſime, & luculenter agit Senator & Patricius Florentinus Philippus Bonarrotius in Vaſa Vitrea Coemeterialia Tab. XXVIII. Fig. 2. pag. 186. 187.
(2) Lib. III. Cap. XII. n. 5.
(3) Epiſtolarum Lib. II. ad Aug. v. 144.
(4) Sapient. Cap. II. v. 3. & ſeqq. Vide praelaudatum Senat. Bonarrotium in Vaſa Vitrea Coemeterial. pag. 192. 193. & ſeqq.
(5) Lib. IV. Cap. XII. n. 50. Confer etiam L. Begerum in Gemmas Theſauri Brandemburg. pag. 39.
(6) In Eliacis Prior. Cap. VIII.
(7) Athenaeus Deipnoſoph. Lib. XIII. pagg. 561. & 609. & Pauſanias in Atticis Cap. XXX.
(8) In Eliacis Poſter. Cap. XXIII.
(9) De Agonothetarum ornatu vide Agoniſticon Petri Fabri Lib. I. Cap. XIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0306
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

palmam offert Cupido expreſſus in Gemma VIII. eiuſdem Tabulae, dum interim alter gallus iacet proſtratus humi. De hoc pugnacium gallorum certamine in uſu apud Athenienſes, Pergamenos, Romanos, & Britannos luculenter differit ſaepius laudatus Eques Paulus Alexander Maffeius, Patricius Volaterranus, (1) quem adeat lector. Huic pugna quoque coturnicum, & ſaltatio gruum addenda. (2) Cupidinem aurigam, duos gallos ad currum iunctos agitantem, praeeunte item alio Cupidine cum flagello, habes in Gemma IV. Tab. LXXVIII. Pulcherrima eſt lectuque iucundiſſima Philoſtrati deſcriptio Cupidinum moderantium ſacras aves, & cygnos circa piſcinam. (3) Perſpicuum eſt conſueviſſe pictores, & ſculptores, tamquam ludicra oblectamenta, effingere Amores paſſeribus veluti equis inſidentes; papiliones, vel columbas, item vel olores, vel formicas, vel locuſtas agitantes. (4) Cupidines cymbula, vel delphinibus, vel hippocampo vecti per mare, ad declarandam Elyſiorum, ut opinor, laetitiam pertinere etiam poſſunt; nam haec item emblemata frequenter in ſepulcris defunctorum occurrunt. (5) De Cupidine cinerariae amphorae inſidente in Gemmis I. III. & IV. Tab. LXXVII. dubitandum non eſt quin animae tranſitum ad Elyſios deſignet. (6) Duplici canit tibia Cupido per Oceanum vectus ad Elyſios, alio Cupidine per aëra moderante vela. Gemma V. elegantiſſima relata in Tab. LXXVIII. Cupidinem piſcantem in piſcina exhibet; docetque & in iiſdem piſcinis Hermaea Deorum ſimulacra collocari ad ornatum, & in tutelam conſueviſſe.

Venationi incumbit Cupido in duabus Gemmis IV. & VI. Tab. LXXVIII. expreſsus. Sculptorem cernimus in Gemma VI. eiuſdem Tabulae, Philoſophi caput effingentem. Capita hoc modo ſculpta ſtatuis vel protomis poſtea reponebantur. De repoſitoribus capitum ſtatuis videndus Plinius. (7) Sculptoria praecipua inſtrumenta ſcalprum eſt, & brevis malleus. (8) Vectes quoque & celtes inter ſculptorum vaſa enumerat Lucianus in Somnio. (9)

Neque vero hominum tantum affectus, & ſtudia Cupidinem

(1) Vide in fine Par. II. Gemmar. antiquar. pag. 225. & c.
(2) Adi Lucianum de Gymnaſ. p. 770. T. I. & de Saltatione p. 117. T. IV.
(3) Iconum Lib. I. tit. ΕΛΗ. pag. mihi 744.
(4) In Anthologia Lib. IV. Cap. XXXII. n. 7. 13. 20.
(5) Frequenter in titulis inſcriptionum Gruteriani Theſauri deſcribuntur, & a Fabretto Inſcr. ant. Cap. V. p. 382. 383.
(6) Vide, ſi otium eſt, quae in Praefatione adnotavi ad Columbarium, ſive Monumentum Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae pag. XXXI.
(7) Lib. XXXVI. Cap. V.
(8) Eadem inſtrumenta conſpiciuntur in Chriſtiano lapide a Fabretto relato Cap. VIII. pag. 587. n. CII.
(9) Tom. I. pag. mihi 12. 13.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0307
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

probe referentem veteres finxerunt, verum etiam ſuperum Deorum, quorum omnium tum comitem, tum ſtrenuum victorem effecerunt. Nam eidem Iovis fulmina, Neptuni tridentem, Apollinis citharam, Mercurii caduceum, ceteraque inſignia, Bacchi thyrſum, & uvas, Panis fiſtulam, Martis, & Herculis arma tamquam orbis univerſi arbitro tribuere. Cupidinem forma pulcherrimum, Ganymedis fungentem officio miſcendi ambroſiam, & nectar Diis convivio accumbentibus, aſpice pereleganter expreſſum in Gemma III. Tab. LXXV. qui ſcyphum, & cyathum tenet. Cum eodem Ganymede ludens in Iovis atrio pingitur Cupido a Philoſtrato, (1) & a Luciano. (2) Ad proelia ineunda interdum ſe comparat, armaque Martis induit, ut in Gemmis I. IV. VII. & IX. Tab. LXXV. vel Nemeaei Leonis ab Hercule ſuperati exuviis indutus gloriabundus incedit, quaſi ipſe immaniſſimam illam belluam proſtraverit, vel ipſo Hercule ſit glorioſior, ac terribilior. Conſpicienti mihi huius Gemmae typum in mentem veniunt Plautini verſus elegantiſſimi, qui oſtendunt Herculis aerumnas ſuperare amantem egenum; ita ait Toxilus: (3)

Qui amans egens ingreſſus eſt princeps in Amoris vias,
Superavit aerumnis is ſuis aerumnas Herculis:
Nam cum leone, & cum excetra, cum cervo, cum apro Aetolico,
Cum avibus Stymphalicis, cum Antaeo deluctari mavelim,
Quam cum Amore. ———————————

Leonem belluarum terribilem domitorem Amor freno, ac flagello moderatur, quemadmodum oſtendit inſignis operis Gemma VII. ex Muſeo Strozio, allata in Tab. LXXVIII. Hirci caput, leonis pedi ſubditum, in omnes belluas imperium eius indicat. Frequenter enim ad indicandam mortis, & fati vim, leoni ſubiecta animalia in ſepulcris ſculpta occurrunt. Exſtat Argentarii poetae in Anthologia vetus Epigramma, quod hoc ipſum gemmae apoſphragiſma illuſtrat. Apud Lucianum Cupido adeo familiarem leonibus ſe factum praedicat, ut iuſſu Rheae reſipiſcentis ex amore Attis amaſii ſui, ſi id umquam accidat, non timeat leonibus obiici, ac diſcerpi. (4)

TA-

(1) In Iconibus tit. Ἀθυρόντες pag. mih. 844.
(2) In Dialogo Iovis, & Ganymedis Tom. IV. pag. 6.
(3) In Perſ. Act. I. Sc. I. v. 1.
(4) In Dial. Veneris, & Cupidinis T. IV. p. 14.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0308
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

TABVLA LXXIX. LXXX. LXXXI.

AMOR ET PSYCHE.

EX occultis ſacriſque Amoris myſteriis alicubi gentium, & forſitan Theſpiis, ſummo honore culti, quae vulgo innotescere nefas veteres cenſuere, deſumptam eſſe CVPIDINIS, & PSYCHES fabulam docto iudicio, doctiſque rationibus arbitratur Praeſtantiſſimus Senator Philippus Bonarrotius; quam, ſilentibus omnibus vetuſtioris aevi ſcriptoribus, ſequioris vero paucis, nempe Apuleio, Fulgentio, & Ariſtophonte Athenaeo in libris, qui Dyſareſtia nuncupantur, de ea diſſerentibus, longe antiquiſſima tum Graecorum, tum Romanorum plurima monumenta, anaglypha e marmore, & Gemmae elegantiſſimi operis repraeſentant. (1) Itaque Puella eximia forma praedita in tot vetuſtis ſculpturis exhibita, ornata alis papilionis, vel ipſius papilionis ſpecie, (nam Ψυχή commune nomen eſt, cum animae, tum papilioni conveniens) animam hominis indicat caeleſti ac divina origine immortalem; cuius unionem cum corpore, varioſque affectus ut exprimerent, ac declararent, ſponſum, & comitem ei Cupidinem dedere. Antiquiſſimam hanc, & a plurimis Philoſophis receptam traditionem tum de immortalitate, tum de immaterialitate animae noſtrae, vanis huiuſmodi figmentis perturbarunt corruperuntque auctores huius fabulae Cupidinis, & Pſyches, quos etiam pictores, & ſculptores ſecuti ſunt. (2)

Pſyches igitur puellae omnium formoſiſſimae imago cernitur peregregio artificio inſcalpta in duabus Gemmis I. & III. Tab. LXXIX. Papilionem eiuſdem animae ſymbolum, vel ſupra caput ſuum velatum, aut flammeo nuptiali ornatum, vel in ſinu gerit. Eadem Pſyche, & Cupido mutuis ſuaviis, & amplexibus ſe conſtringunt in Gemma II. eiuſdem Tabulae: verum miſella Pſyche nimio Cupidinis ardens deſiderio, captiva manibus poſt terga re-

(1) Vide Obſervationes in Vaſa Vitrea Coemeter. Tab. XXVIII. Fig. 3. pag. 193. & ſeqq.

(2) Ex Platone in Phaedro, in Gorgia, & in Cratylo; ex Cicerone in Somnium Scip. Macrobio in Somn. Scip. Lib. I. Cap. XI. & XII. ex Clemente Alexandrino Strom. Lib. III. Vide Sponium in Miſcellaneis Sect. I. Artic. III. pag. 8. 9. Benedictum Averanium Diſſert. XLVIII. in Anthologiam n. 1. & Diſſert. VIII. in Euripidem n. 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0309
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

revinctis maeret in genu lapsa, vel pedibus Cupidinis conculcata, miserandum in modum ab eo cruciatur, ut ostendit Gemma VII. in eadem Tab. LXXIX. exstanti opere exscalpta a praestantissimo artifice. Ipse etiam Cupido poenis a Psyche affligitur, vinculisque ad columnam ligatus statuitur, ludibrio ab omnibus quasi saevissimus tyrannus habendus; quod emblema praeferunt Gemmae IX. Tab. LXXVI. IV. & V. Tab. LXXIX. Compedibus quoque constrictus Cupido conspicitur in Gemmis II. III. & IV. Tab. LXXXI. sedensque more captivorum maerore tabescit; at in Gemma ibidem II. adrepente super compedes papilione, alius Cupido ei palmam, si victoria potiatur, offert.

Venus ob egregiam formam Psychae inimica, ad interitum coniugis suae Cupidinem acuit, eamdemque Psychen, imagine papilionis expressam, adurendam subditae eius faci admovet in Gemma VIII. Tab. LXXX. Idem Cupido amictus pallio amissam Psychen noctu cum laterna quaerit, ut cernitur in Gemma II. eiusdem Tab. LXXX. inventamque ad cursum vel adigit, vel adurit, quemadmodum exhibet Gemma IV. & V. ibidem. In Gemma vero III. eiusdem Tabulae Cupido voluptatibus indulgens cernitur, domum noctu repetens post convivium; nam laternam defert, & corollam, qua omnes convivae donabantur, domumque secum deferre solebant. Ipsa quoque Psyche pertaesa nuptiarum cum molestissimo viro suo Cupidine, mortem sibi parat, seque subdita sibi face incendit, ut videre est in Gemma I. Tabulae LXXX. quibus omnibus symbolis, quae etiam in defunctorum sepulcris non raro occurrunt, animam a corporeis voluptatibus exagitatam, corpusque ab imperio rationis coercitum, depressumque veteres ostendere voluerunt.

Arcitenens Cupido expressus in Gemma VII. Tab. LXXX. nimia elatus superbia, quod non solum homines, verum etiam Deos sibi subiecerit, tamdem in vincula coniectus, ut ostendit Gemma VII. operosissima, relata in Tab. LXXVI. ante simulacrum Deae Nemeseos, quam nimiam hominum felicitatem, superbiamque (1) punire veteres fabulae tradiderunt, sedens in scopulo maeret, fateturque luctu suo vim eiusdem praestantioris Numinis. (2) Verum vinculis liberatus eius Genium pomis, & floribus fe-

XO

(1) Vide Theaeteri Scholastici Epigramma in Anthologia Lib. IV. Cap. XII. 70. & quae sequuntur n. 71. 72. & 109.

(2) Amantes, qui non reverentur Deam Nemesin, in summam pauperiem rediguntur. Exstat in Anthologia Tetrastichon incerti Poetae ea de re, Lib. VI. Cap. VIII. n. 8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0310
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

xo genu placat, teſte Gemma VI. Tab. LXXXI. vel fortaſſis ante eius aediculam venerabundus eius opem implorat, ut videre eſt in Gemma VI. Tab. LXXX.

Cupidinem Πανδαμάτορα, Veneris quoque genitricis ſuae domitorem, ut arbitror, repraeſentat Gemma I. inſignis elegantiae, & artificii, relata in Tab. LXXXII. Nam Cupido ſine armis retro inſidet eius ſcapulis, eamque callidis demulcens blanditiis, iugo ſuo ſubiicere videtur. Adſimili modo ſuperius vidimus in Tab. XXXVIII. Cupidinem Victorem Herculis, eius humeris inſidentem, tantoque pondere eum prementem, ut oneri impar, licet iam Atlante ad orbem ferendum maior fuerit, infeliciter tamdem ei cedat, ac ſuccumbat. Poſt hanc Gemmam alia ſequitur in eadem Tabula, quae Venerem exhibet eodem modo diademate revinctam; in qua profecto effingenda, radiante eius pulchritudine, praeſtantiſſimus artifex omnes artis elegantias docta manu expreſſit.

TABVLA LXXXII.

GRATIAE VENERIS ORNATRICES ET HERMAPHRODITVS.

PAphum profectam *Auream* VENEREM deſcribens Homerus, (1) quo praeſertim in loco divinis ſolemnibuſque honoribus colebatur, a GRATIIS ibidem lotam, ambroſioque oleo perunctam fuiſſe memorat. Hanc Homeri elegantiſſimam deſcriptionem, quam etiam Virgilius imitatus eſt, (2) mirifice, ut videtur, illuſtrat haec perrara Gemma anaglyptico opere non ineleganti exſcalpta, in qua Venus *Paphia* conſpicitur ſeminuda ſtans in medio inter Charites Κομμωτρίας, & Αλειπτρίας, *Ornatrices*, & *Vnctrices;* quibus ipſa admotis vultui manibus indicat locum ubi unguento perungi, & fortaſſis ſupercilia ſuà ornari velit. Charitum altera ſedet in ſcopulo, Ve-

ne-

(1) Odyſs. Lib. VIII. v. 360.

(2) Aeneidum Lib. I. v. 415.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0311
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

neremque ad cultum corpori adhibendum quodammodo impellit ; altera vero ſtans , & operi aliquantulum , ut artifices ſolent , inclinata , altero pede ſaxo ſuperne impoſito , (quo corporis geſtu magnum mentis ſtudium indicari ſolet) vel unguenta , vel ſtibium , quo Venerem unguat , aut coloret , e pyxide ſedulo ſtudio depromit . (1)

Si quis vero cenſeat non Gratias , ſed Nymphas ornare Venerem , non repugno : ceterum in comperto eſt Gratias pulchritudinis , & elegantiae Deas , primum duas , poſtea tres finxiſſe veteres , & quidem veſtitas , non nudas . (2)

Sequitur in duabus Gemmis elegantiſſimis in eadem Tabula exſcalptus HERMAPHRODITVS , ambiguam praeferens faciem , ex Mercurio , & Venere compoſitum numen . (3) Deliciarum cupidus iacet indecoro corporis geſtu : coma capitis concinne feminarum more compta eſt , brachia armillis ornata , quas in luctu tantum abiciebant mulieres ; (4) pedes ſandaliis eleganter calceati . In Gemma v. ſub arbore ad auram capiendam recubat Hermaphroditus , ſomnumque vel quietis otium ei conciliant Cupidines lyrae cantu , & fiſtulae modulatione . Alius inter haec Cupido cum flabello , ad corpus refrigerandum , ventum agitat , vel muſcas abigit . (5) Flabellum tenue imitatur hederae , vel peculiare alterius plantae folium , ex quo fortaſſis conficiebatur ; quamvis ſciam ex pennis quoque avium verſicoloribus componi conſueviſſe . (6) Meminit Plautus (7) ancillarum *flabelliferarum* , quae dominam comitabantur cum ceteris e familia ad eius ſervitium , cultumque corporis paratae .

Flabellorum uſum (quod etiam de umbellis dicendum , (8) ad vitandum ſolis aeſtum , & imbres) Romanos ab Etruſcis noſtris accepiſſe perſpicue conſtat ex pluribus vaſculorum picturis , (9) vetuſtiſque eorumdem ſepulcris , ſuper quibus in operculis iacent feminae omni muliebri mundo ornatae , flabellum ſaepe manu de-

(1) Ornamenta ad cultum corporis, quae ſpectant ad muliebrem mundum, egregie deſcripta videre poteris apud Lucianum in Amoribus Tom. IV. pag. mihi 221. & 223.

(2) Vide Phurnutum de Natura Deorum Cap. XV. Pauſaniam in Laconicis Cap. XVIII. in Bocoticis Cap. XXXV. Diogenem Laertium Lib. II. in Vita Socratis .

(3) Vide Lucianum in Dialogo Apollinis , & Bacchi Tom. III. pag. 18. 19.

(4) Ex Athenaeo Deipnoſoph. Lib. XIII. pag. mihi 593.

(5) Hermaphroditi Fabulam in duabus Gemmis expreſſam , & obſervationibus illuſtratam , exhibuit Sponius in Miſcellaneis erud. ant. Sect. I. Art. IV. pag. 9. Tab. n. XVI. XVII. pag. 15. Medicean expoſitam in hoc opere Tab. LXXXII. n. V. illuſtravit Auguſtinius , & Maffeius Tab. X. Par. III.

(6) Vide Conſtitutiones Apoſtol. Lib VIII. Cap. XII. & Dominici Macri Hierolexic. in voce *Flabellum* .

(7) In Trinum . Act. II. Sect. I. v. 22. Conſulendus Pignorius de Servis pag. mihi 205. 206. qui citat Martialis Epigr. XL. Lib. III. Terentium Ovid. Lib. de art. D. Hieron. in Epitaph. Paulae.

(8) Vmbellam vide pictam in Etruſco Vaſe , Bacchanalia feſta referente , in Dempſteriano Opere Tab. LXIV. Vmbellae dono miſſitari ſolebant inflantibus Saturnalibus , aut Panathenaeis feſtis .

(9) Vide in Dempſteriano Opere Tab. XVI. XXVI. XIXX. XXXIII. XXXV. & Obſervationes V. C. Phil. Senatoris Bonarrotii §. IX. pag. 15. 16. & 17. & §. XXXIII. pag. 63. item in Cameum , quod refert pompam , & triumphum Bacchi in fine Obſervationum in Numiſmata max. mod. pag. 445.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0312
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

dextera tenentes, ſiniſtra vero unguentariam pyxidem, interdum etiam ſpeculum. Flabellum eiuſdem figurae eſt ut cernitur in his Gemmis, ad modum folii, unionibus, & Phrygio opere ornatum inauratumque: quare colligi poteſt horum quoque monumentorum auctoritate flabella, ſive ventilabra, inter ornamenta muliebris mundi reponenda eſſe. Id mihi conſtat ex compluribus Sarcophagis marmoreis anaglypho opere pereleganter inſculptis, nuper repertis Volaterris in ſex Cryptis, ſive Hypogeis veterum Etruſcorum, quae nuper detecta ſunt in praediis ſpectatiſſimi Viri Petri Franceſchinii I. C. quaeque paucis diebus antequam haec ſcriberem, Septembri menſe huius anni, ſumma cum animi voluptate vidi, multaque diligentia praeſens omnia delineari feci, quae, Deo favente, obſervationibus illuſtrata, quamprimum in lucem proferam.

A TABVLA LXXXIII AD TABVLAM LXXXXIV.

BACCHVS CETERIQVE EIVS ASSECLAE SILENVS SATYRI FAVNI BACCHAE BACCHANTES NYMPHAE CENTAVRI.

QVum in his Tabulis tanta, ac tam inſignis ſit Gemmarum, quae ad BACCHVM, & ad eius Chorum pertinent, copia, ſtatui ſervandum eſſe modum, nec ſupervacuis obſervationibus, ac centies iam repetitis, virorum doctorum aures onerare. Vt igitur cum ordine procedam, primum omnes illas Gemmas breviter illuſtrabo, quae Liberum Patrem exhibent, deinde Dionyſios omnes comites recenſebo.

Primum igitur laetitiae dator Bacchus a praeſtantibus ſculptoribus per varios aetatis gradus effictus in his elegantiſſimis Gemmis conſpiciendus eſt. Infantem iam recenter natum, ut

ſupra

ſupra oſtendimus, ad Nyſaeas Nymphas educandum eum defert Mercurius, (1) ut in Gemma VIII. Tabulae LXXXXIV. in qua, quod notandum eſt, ramuſculum, fortaſſis oleae, manu praefert; qui, eum non dedecere videtur, quod bona nuntiet iuſſu Deorum, vel etiam quod Bacchi naturam ita indicet, qui, ut ait Phurnutus, pacis nomen meretur. (2)

Nympham Nyſiadum unam, ut auguror, Bacchi nutricem expreſſam praefert Gemma X. Tab. LXXXIV. quae in poculum e cornu factum, & in caput caprinum deſinens, lac exprimit e pectore ſuo, quo Bacchum ſibi a Mercurio traditum large alat, ac nutriat; thyrſumque altera manu gerit. Ita nutritum fuiſſe Liberum Patrem adhuc puerulum oſtendit anaglyphum e marmore, quod inter Admiranda Vrbis Romae obſervatur. (3) An vero haec Nympha educatrix Bacchi ſit vel Ino, vel Autonoë, vel Agave, vel Hippa, de qua Orpheus, ignoratur.

Pocula e cornibus animalium facta antiquiſſimis ſaeculis in uſu fuiſſe ſatis compertum eſt, (4) e quibus vaſcula, quibus ad bibendum utimur, ad eorum ſimilitudinem facta originem habuere. Rudia primum, poſtmodum vero anaglypho etiam opere caelari, & ex pretioſa materia fieri conſuevere. Rude poculum e cornu bubulo factum tenet Baccha puella in Gemma VII. Tabula LXXXXII. quae tigrem e cantharo Bacchico bibentem inebriat, circa quam ſculptae ſunt ignotae mihi quaedam litterae; itemque Dionyſus, pereleganter expreſſus in Gemma VII. Tab. LXXXXIII. Frequenter vero in aliquod caput eorum animalium, quae Baccho ſacra ſunt, deſinit cornu aduncum. Huius generis pocula in uſu quoque fuiſſe apud Etruſcos noſtros mihi compertum eſt ex elegantiſſimo Sarcophago marmoreo, Etruſca epigraphe ornato, nuper cum ceteris, ut dicebam, Volaterris reperto; ſuper quo iacet femina tenens cornu, ſive poculum, quod in caput vituli cum anterioribus pedibus elegantiſſime deſinit; fueratque ab antiquo artifice in extimo labro inauratum. Id notatu dignum cenſui quod in Dempſteriano Opere picti frequenter occurrunt, praeſertim in Vaſculis convivalibus Fauni, cornua pro poculis geſtantes; nullum tamen poculum, quod viderim, occurrit, quod animalis caput in inferiori parte oſtentet. (5)

Ad

(1) Tab. LXIX. 1. Tab. LXXI. n. 2.
(2) Lib. de Natura Deorum c. 30.
(3) Tab. L.
(4) Meminit huiuſce moris vetus Homeri Scholiaſtes ad Iliad. Θ. v. 189. Nonnus, & Nicander, & Pindarus in Centaur. apud Athenaeum Lib. XI. Confer Cael. Rhodiginum Lect. ant. Lib. XXVII. Cap. XXVII. & Lib. XXX. Cap. I.
(5) Vide Tab. XI. XIII. XVII. XVIII. XIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0314
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Ad Bacchum redeo, qui puer hilari, ac ridenti vultu, eximiaque forma conſpicuus cernitur in duabus Gemmis ſpectandi operis, & elegantiae, nimirum I. & II., quae in Tab. LXXXIII. exhibentur; pendetque ex eius collo unionum linea in modum torquis ante pectus demiſſi. Ad eam formam corolla vel myrtea, vel hederacea, ornatur Bacchus expreſſus in Gemma VI. Tab. LXXXVI. quae uberius paullo infra explicabitur. Heic vero notare libet earum pectoralium coronarum uſum in conviviis Romanos ab Etruſcis didiciſſe, (1) quos luxui, ac deliciis maxime deditos fuiſſe Athenaeus oſtendit. (2)

Bacchus pulchra nitidaque iuventa decorus, Κισσέβρυος, ſive Κισσοχαρής, conſpiciendus eſt in Gemmis IV. V. VI. & VII. Tab. LXXXIII. intonſo capite, quod hedera, vel corymbis inumbratur; cuius humeri hinnulorum, vel damarum pellibus, ſeu nebride, quaſi chlamyde ornati ſunt. Nudis pedibus ſculptus in his Gemmis occurrit, licet cothurnos quoque ferre conſueverit, uti ex Pauſania colligitur, (3) qui Iovis Φιλίου *amicitiarum Praeſidis* ſimulacrum a Polycleto Argivo factum deſcribens, ſculptum fuiſſe teſtatur ſimile Baccho, eodemque cultu, nimirum cum poculo, thyrſo, & cothurnis. Bacchus forma muliebri calceis ornatus ſpectatur in Etruſco Vaſe Muſei Medicei. (4)

Neque vero illud inficias ibo ſub ſpecie Bacchi iuvenis, vel viri, fieri poſſe ut aliqui ex eius cultoribus in his Gemmis repraeſententur, praeſertim in III. Tab. LXXXIII. Id enim uſu veniſſe nemo eſt qui neſciat. Hoc ipſum factum memorant, ut in re tam clara paucis utar exemplis, ab Antigono & Mithridate Regibus, (5) ab Alcibiade, (6) & a Caligula, qui νέος Διόνυσος *novus Bacchus* dictus eſt, (7) atque a M. Antonio; (8) cui, utpote Bacchi ſtudioſiſſimo, Cleopatra Regina eius uxor, Athenis cenaculum paravit ad inſtar antri Baccho ſacri, quod pampini, hederae frondeſque virides undique opacum reddebant. (9) Effigiem eiuſdem Antonii ſub ſpecie Bacchi, quam induere ſolebat, expreſſam puto ab eximio ſculptore in praenotata Gemma III. eiuſdem Tab. LXXXIII.

(1) Vide ad Monumenta Etruſca Explicationes, & Coniecturas Senatoris Phil. Bonarrotii §. XXXV. pag. 65. 66.
(2) Deipnoſoph. Lib. IV. pag. mihi 153. qui etiam Lib. XV. meminit huiuſmodi corollarum. Videndus etiam Clemens Alexandr. Paedagog. Lib. II. Cap. VIII.
(3) In Arcadicis Cap. XXXI.
(4) Vide in Dempſteriano Opere Tab. XI.
(5) Cicero in Orat. pro Flacco.
(6) Ex Libanio Declamat. IX. ſeu in Timone ſe deferente T. I. pag. 552. edit. G. L. Pariſ. an. 1606.
(7) Confer Athenaeum Lib. IV. Cap. XII. pag. mihi 148.
(8) Teſte Plutarcho in eius vita, & Velleio Lib. II. Dione Lib. XLVIII. & L.
(9) Ex Athenaeo Lib. IV. Cap. XI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0315
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Bacchus iuvenis non raro quidem ambiguo vultu eſt, quem veteres utriuſque ſexus ſpecie effinxerunt, (1) itemque ornatum muliebri mitra, & crocota, adeout interdum non Bacchus videatur, ſed Baccha; ut cernere eſt in aliquibus ex his Gemmis praeſertim in VII. relata in Tab. LXXXIX. & in VII. in Tab. LXXXV. in qua Bacchum exhiberi putat Auguſtinius, & Maffeius, qui eam ipſam protulerunt, & illuſtrarunt, muliebri ſpecie inſignem; (2) quamvis aliquibus Bacchae hederigerae, & calamiſtratae perſona videatur.

Bacchum ſenem, ac barbatum, (3) & ut aliqui volunt Indicum, praefert Gemma III. Tab. LXXXVII. revincto capite vitta, ſeu diademate regio, quod recte tot barbararum gentium victori, ac triumphatori maximo convenit, qui triumphi auctor fuit, teſte Macrobio. (4) Veſtis Baſſarica ad talos uſque demiſſa eſt, qua etiam ornatum eius ſimulacrum apud Corinthios laudat Pauſanias. (5) Cantharum, κισσύβιον *ciſſybium* etiam dictum, quod hedera ambiretur, peculiare vas ei ſacrum, quod ex eius forma noſcitur, altera manu gerit; feruntque in bello eo uſum fuiſſe pro clypeo; (6) altera vero thyrſum, ſive haſtam mucrone munitam, quam complura adſuta hederae folia contegunt, vittaeque ornant tamquam divinam, & ſacram, qua Orientem domuit univerſum. Hos aetatum varios gradus Baccho tributos, ad Solem referri docet Macrobius, qui ipſum eumdem eſſe ac Bacchum oſtendit. (7)

Bacchus Ανθιος *Floridus*, qui gaudet inumbrari vitibus, pampinis uviſque refertis, ac maxime opacis, ſculptus ſpectatur in Gemmis I. & II. Tab. LXXXVIII. quae illuſtrare poſſunt ſingularem votivum lapidem iam a me editum, (8) qui exſtat in Muſeo Mediceo, in quo ΔΙΟΝΤΣΟΥ ΣΚΙΑΝΘΙΟΥ perrarum cognomen ſcriptum eſt; cui quum nullum punctum appoſitum ſit, eo modo legi poſſe videtur, vel ΣΚΙΑΝΘΙΔΟΥ, aut ΣΚΙΑΝΘΙΕΩΣ; nam Bacchum florenti umbra gaudere veteres cenſuere. Antrum in pompa Bacchi, quam numquam antea audita magnificentia, & luxu inſtituit Ptolemaeus Philadelphus Aegypti Rex, diligenter de-

(1) Vide Ariſtidem in Oratione in Bacchum; Theodori Hiſtor. Eccleſ. Lib. III. Cap. VI. Albricum Philoſophum inter Mythologos Latinos Cap. XXI.
(2) Par. II. Gemm. ant. Tab. XXVII. pag. 44. 45.
(3) Pauſanias Bacchum barbatum deſcribit, tunica amictum, in antro recubantem, ſculptum in arca Cypſeli, Cap. XIX. in Eliacis Prior.
(4) Saturnaliorum Lib. I. Cap. XIX. Vide Averanii Differt. XXIV. in Livium n. 1. 2.
(5) In Corinthiacis Cap. XXX.
(6) Ex Ariſtide in Oratione in Bacchum.
(7) Saturnal. Lib. I. Cap. XVIII. Vide etiam auctorem argumenti in Demoſthenis orationem contra Midiam.
(8) Inſcriptionum ant. Etruriae Vrbium Par. I. pag. 3. & 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0316
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

descriptum a Callixene Rhodio memorans Athenaeus, (1) in eo repositum fuisse Bacchi simulacrum narrat, attegia circumdatum ex hedera, vite, & alia frugiferarum arborum temporaria fronde; appensis coronis, taeniis, mitris, quarum Bacchus inventor fuit, & hoc amplius personis Tragicis, Comicis, ac Satyricis insigne. Hinc etiam Bacchus Αμπολόεις *Viteus* apud Nonnum. (2)

Eodem modo Silenus quoque gaudet umbra vitis, quae pergulam conficit, opaco, & viridi tegmine, sub qua asello vectus conspicitur apud Petrum Sanctem Bartolum ex veteri pictura pavimenti musivo opere pereleganter exornati, quam profert inter antiqua Sepulcra Tab. XIV.

Ad aram ignitam sacras libationes Diis faciens non raro in antiquis sculpturis cernitur Dionysus, ut ostendit Gemma I. Tab. LXXXVIII. quod, ut opinor, indicat eum apud barbaras nationes, & per Asiam Deorum cultum, sacrasque caerimonias invexisse, ac docuisse. Bacchum capite velato, sacerdotum more, pariterque corona hederacea redimitum videre licet in Gemma XI. Tab. LXXXIV. ni tamen sit imago Sacerdotis maximi eiusdem Bacchi, vel Philiscus, de quo Athenaeus. (3)

Post inventam vitem narrat Apollodorus Bacchum Aegyptum, & Syriam peragrasse, ac deinde Thraciam, atque Indiam universam; Lycurgum Dryantis filium regem Edonorum merita poena perdidisse, quod Thraces vino maxime deditos videns, toto regno vites omnes excindi iussisset. Vitibus excindendis incumbens idem Lycurgus expressus est in Gemma IX. Tab. LXXXXII.

Raritate, & opificio insignis mihi videtur Gemma VIII. Tab. LXXXVIII. quae praefert e Bacchico choro aliquem famulum, qui Dionysum mutuo amplexu constringit, & fortasis repraesentat Ampelum eidem valde carum, vel Prosumnum, qui Bacchi flagrans amore, ad Infera regna viam ei monstravit, (4) vel Acoëten navis Tyrrhenorum in qua vectus Bacchus fingitur, gubernatorem, qui postea eius ope incolumis, dein a Pentheo Bacchi hoste saevissimo captus in bello, quod contra eum, eiusque asseclas gessit, vinculis constrictus, & in carcerem inclusus, sponte sua reseratis foribus liber ad Bacchum, & ad sacra eius celebranda de more rediit, eiusque numine a tormentis, & a morte liberatus est; quam fabulam egregie describit Ovi-

(1) Deipnosoph. Lib. V. pag. mihi 198.
(2) Lib. XLI. Dionys. versus finem.
(3) In eodem Lib. V. in descriptione pompae Bacchi.
(4) Vide Hyginum in Poetic. Astronom. Lib. II. Cap. V.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0317
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

dius ; (1) quare in hac Gemma elegantiſſima Acoëtes , vel potius Ampelus , de quo meminit Nonnus , ſculptus videtur .

Ferunt quoque Bacchum ea in expeditione apud Naxum inveniſſe Ariadnem , Minois Regis filiam , in ſcopulo ſedentem , a Theſeo relictam, quam ſecum duxit , & ab Indis reverſus cum ea in curru primus omnium triumphavit , triumphique pompam inſtituit . Ariadnem inveniens Bacchus muliebri ſpecie , ac veſte indutus cernitur in Gemma VII. Tab. LXXXIX. Satyri , ac Fauni eam indicant Baccho Λαμπτήρῳ *Taedigero* , qui adſtat facem , & thyrſum tenens , ut oſtendit Gemma I. Tab. LXXXXII. & III. Tab. LXXXXIII. circa quam iacet etiam Cupido eiuſdem Bacchi comes , teſte Nonno . Bacchus Ariadnem currui ſuo a Centauris vecto impoſitam ſecum vel triumphare facit , vel in caelum reducit , ut in Gemma II. Tab. LXXXXII. eamdemque fortaſſis in caelum vehunt Horae adblandiente ei Cupidine , & monſtrante Hymenaeo iter , ut exhibet Gemma II. Tab LXXXXIII. Bacchi currum animalia ei ſacra interdum vehunt vel hirci , ut declarat Gemma II. Tab. LXXXXIV. & IV. Tab. LXXXXII. qui coronati ſunt pectoralibus corollis, ut videtur , hederaceis , agitque Bacchicam pompam Satyrus , utrem vino plenum deferens , ad celebranda fortaſſis Vinalia , vel utris iam victor in ludis , quae Ασκώλια *Aſcolia* dicebantur , de quibus alibi dixi . (2)

Cum Ariadne tigridi ſeu pantherae muliebriter inſidente inequitat Bacchus non ſenex , ut cernitur in Gemma Carpi ſcalptoris opere apud Philippum Stoſchium , elegantiarum omnium venerandae antiquitatis peritiſſimum , (3) ſed iuvenis , cuius caput & pectus corolla redimitum eſt . Obſervatione dignus eſt in hac ipſa Gemma torques , ſeu collare , ut videtur , coriaceum , pantherae impoſitum, cui undique adnexa ſunt ad modum globulorum (ni tamen rotundae laminulae ſint , & quidem duplices) aenea crepitacula ; quum tamen animalibus Baccho ſacris frequentius appenſa tintinnabula videantur , quae in Orgiis valde in uſu erant , ut exhibet Gemma III. Tab. LXXXX. in qua aſinus Sileni vector tintinnabulum gerit pendens e collo ſuo . Verum non modo animalia, verum etiam miniſtri Bacchi interdum triplici ordine parva tintinnabula veſtibus circa pectus , & humeros alligata gerebant , ut ita Bacchico furore perciti magnum eden-

(1) Circa finem Lib. III. Metamorph. Vide etiam Hygini Fab. CXXXIV. pag. 100.

(2) In Parte II. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium pag. 104. & ſeqq.

(3) Tab. XXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0318
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

edentes tinnitum, & ſtrepitum diſcurrerent, & feminarum ululatus ob nefanda ſcelera, quae fiebant, occulerent, neque audiri voces quiritantium permitterent. Schema miniſtri hoc modo bacchantis in Orgiis adfert Fabrettus, quod, ſi otium tibi eſt, lector, non ſine voluptate videre poteris. (1)

Debacchantem gregem Liberi Patris praecedit SILENVS ductor, eius nutricius, omniumque myſta maximus. Spectandus eſt in Gemma 1. Tab. LXXXVI. iam ebrius, & quaſſabundus, proiecta cervice, atque hederae foliis obumbrata, nudo, pandoque pectore, ac ventre, veſte vero dextro brachio circumvoluta, quo cantharum tum Baccho, tum ſibi proprium tenet, (2) etſi eiuſdem Gemmae vitio non ſatis belle conſpici poſſit; poſt humeros vero adpoſitus eſt thyrſus. Sublato ſiniſtro brachio (ſi ectypum, non Gemmam ipſam inſpicias) manus digitos in eum modum conformavit ut cornua faciat; quem geſtum in Orgiis Bacchi fieri ſolitum hinc arguere poſſumus. Raro quidem in antiquis ſculpturis occurrit hic geſtus; eumdem tamen obſervavi in Gemma Dactyliothecae Marchionis Riccardii, & praelaudati V. C. Philippi Stoſchii, qui ea qua ſolet humanitate huic noſtro alium Silenum paene ſimilem mihi oſtendit ſculptum in Cameo ex paſta antiqua, qui cornua eodem modo ſiniſtro brachio intendit; quare de huius Gemmae genuina antiquitate dubitari non poteſt.

Conſulenti mihi plures vetuſtos auctores, & ſedulo anquirenti an de hoc geſtu aliquid ipſi notaſſent, nihil omnino multa adhibita diligentia occurrit; quare doctos viros aliquid obſervatione dignum ex multa librorum lectione nobis deinceps declaraturos non diffido. In re tamen nunc mihi perobſcura libeat aliquas coniecturas haud improbandas depromere. Primum igitur geſtum illum in Dionyſiacis fieri conſueviſſe auguror, non ad contumeliam, quam apud nos & gravem quidem ſignificat, ſed ad potentiam, & virtutem Bacchi, nimirum vini declarandam. Nam quod vinum vim habeat maximam, ea de cauſa Bacchus cum cornibus taurinis fingebatur; (3) atque quod ea aurea eſſent vel inaurata, ut in hoſtiis Deorum fieri ſolebat,

Xpu-

(1) Inſcript. ant. Cap. VI. pag. 429.

(2) Virgilius Silenum deſcribens Ecl. VI. v. 17.
Et gravis aurita pendebat cantharus anſa.

(3) Vide Lycophronem in Caſſandra v. 209. Nicandrum, & in eum Scholiaſtem. Ovidium Epiſt. Laodamiae v. 33. & Lib. I. de Arte v. 232. Tibullum Lib. II Eleg. I. v. quae auctorum loca aliaque inſignia congeſſit V. C. Matthaeus Aegyptius in Explicatione S. C. de Bacchanalibus pag. 31. 32.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0319
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Χρυσόκερος, (1) atque hinc ab Horatio *aureo cornu decorus* dictus eſt; (2) ad haec inſtitutum feſtum Ταυροχολία in eius honorem, a Cyzicenis ita appellatum; (3) atque ipſe ἄξιος ταῦρος invocatus in hymno, quem in eius honorem mulieres in Elide accinebant. (4) Cornua igitur ea manus geſticulatione facta a Sileno, quaſi in bonum omen, Dionyſum Bacchantium Choro propitium indicant, vitam & felicitatem largientem, curarum, aerumnarumque depulſorem; qui etiam pauperibus addit cornua, qui vino epoto ſupra divites ſuperbiunt, ſeque omnium hominum feliciſſimos iactant. (5) Hinc Propertius ita Bacchum adfatur: (6)

Quod ſupereſt vitae, per te, & tua cornua vivam;
Virtutiſque tuae, Bacche, poëta ferar.

Fortaſſis etiam geſtus ille digitorum, quum de eo fileant tot auctores, ad arcana Bacchi myſteria indicanda inter initiatos fieri ſolebat, quae profanis maximo indicto ſilentio ignota, atque occulta eſſe voluerunt. Nemo enim ignorat vetuſtiſſimum fuiſſe morem arcana per digitos, & nutus loquendi: (7) quare hinc coniicere nemo prohibet initiatos Baccho occulta illa ſacra ſibi per digitos loquentes fortaſſis revelare conſueviſſe. Quamvis enim non me lateat Bacchantes ſibi in Orgiis conviciari ſolitos, & invicem in contumeliam prolabi; (nam vinum ſine ſobrietate hauſtum ad rixas, & iniurias excitat, uti exemplum Lapitharum, & Centaurorum oſtendit; (8) quapropter ſimul cum iniuria Bacchum natum fuiſſe quidam finxerunt, teſte Athenaeo; (9) dataſque ab eo ſuis aſſeclis loco fuſtium breves ferulas tradidere, (10) quas Euripides νάρθηκας ὑβριστάς *ferulas contumelioſas* appellat, (11) quibus pulſare ſe tantum, non vero interficere poſſent; quod quidem multi auctores, atque inter eos diſerte Lucianus (12) adfirmat) tamen geſtus ille, quo cornua fiebant non videtur (ſaltem in Bacchanalibus) fuiſſe contumeliae ſignum:

(1) In antiquo Epigramm. Anthol. Lib. I. Cap. XVIII.
(2) Lib. II. Od. XIX.
(3) Vide Athenaeum Lib. XI. & Heſychium in hac voce.
(4) De eo meminit Plutarchus Quaeſt. Graec. XXXV.
(5) Vide Athenaeum qui vini laudes affert Lib. II. in princ. Horatius Lib. III. Ode XXI.
Tu ſpem reducis mentibus anxiis
Viresque, & addis cornua pauperi.
Ovidius in Amoribus:
Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit
Tunc dolor, & curae, rugaque frontis abit.
(6) Libro III. Eleg. XV. v. 19.
(7) Ovidius de Arte amandi Lib. I.
Nil opus eſt digitis, per quos arcana loquaris,
Nec tibi per nutus accipienda nota eſt.
(8) Lege Horatium Lib. I. Ode XVIII.
(9) Lib. II. pag. mihi 56.
(10) Inter hos praeſertim Ariſtides in Oratione in Bacchum.
(11) In Bacchis v. 113. & 114. Confer in hunc locum Spanhemium de Praeſt. &c. Differt. VII. pag. 392. & praelaudatum V. C. Matthaeum Aegyptium in S. C. de Bacch. pag. 37.
(12) In Dialogo Iunonis, & Iovis Tom. I. pag. mihi 204.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0320
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ſignum : nam , ut nemo ignorat, medius dumtaxat digitus , reliquis compreſſis , quod verpam imitaretur , infamis, obſcenus , & contumelioſus habitus eſt . (1) Non tamen negaverim ioci quoque riſuſque excitandi gratia cornua in Bacchanalibus fieri conſueviſſe , quae poſtea ludibrii , & irriſionis argumentum evaſere . Artemidori locum (2) adfert Spanhemius , (3) quo declaratur cuidam proco lapſo ex ariete cui inſidebat , praeſagium factum fuiſſe adulterii futurae mox coniugis ſuae . Plauti vero locus , quem indicat Pareus in Lexico , (4) non videtur clare ſatis indicare cornua pro iniuriis in eo textu accipi debere ; neque ex Pſeudulo evincitur , in quo *alicui obvertere cornua*, Taubmannus explicat *adverſari* . (5)

Silenum non aſello vectum , ſed pedibus ſuis incedentem , calvitio , ac ſimis naribus deformem , qualem irridet Momus apud Lucianum , (6) obeſum , ventricoſum mammoſumque , nimia ſuis corporis mole , proceritate , ac pinguedine nutantem , licet innixum thyrſo , non ſine riſu ſpectandum praefert Gemma VII. Tab. LXXXXI. circa quem ludere videtur Satyrus ſtatu corporis puſillus , fiſcellam gerens . In Bacchi pompa ita reliquo Dionyſiaco famulitio proceriores induci ſolebant Silenorum , & Satyrorum principes , ad riſum excitandum , quod ex Athenaeo colligi poteſt ; (7) idque etiam fiebat in Choris Comicorum , & Tragicorum , ut auctor eſt Lucianus , (8) qui cothurnis altioribus aliquos ex eorum grege incedentes , ac fictitios ventres ſibi aptantes deſcribit , perinde ac ſi Gigantum perſonam induiſſent .

Nympharum unam fortaſſis aut Ariadnem, aut Icari agricolae filiam , (9) aſello ſuo pelle inſtrato inſidentem ducit Silenus, ut in Gemma IV. eiuſdem Tab. LXXXXI. cuius crura , & tibiae obrigentibus villis hiſpidae ſunt . Eidem Sileno aſello inſidenti iter monſtrat Faunus ſerpentem manu praeferens , ut in Gemma VIII. Tab. LXXXVI. currumque Bacchi ab hircis tractum praeit , ſublato brachio ſerpentem oſtentans ad inſtar ſerti circumtortum, teſte Gemma II. Tab. XCIV. Ne quis vero putet a ſolis viris in Bacchi Orgiis ſacros ſerpentes praelatos fuiſſe , ecce

(1) Perſius Satyr. II. v. 33. ubi vide Cornutum Scholiaſtem. Martialis Lib. VI. Epigr. LXX. cum vocat *digitum impudicum* , & Cantor Priapeiarum . V. Laërtium Lib. VI. in Diogene , Pollucem Lib. II. Cael. Rhodiginum Lib. XVII. Cap. XII.
(2) Oneirocrit. Lib. II. Cap. II.
(3) De Praeſtantia , & Vſu Numiſmatum Diſſertat. VIII. p. 402.
(4) In voce *Cornua* , citat Plautum in Aulul. Act. II. Sc. II. v. 57.
(5) In Pſeudulo Act. IV. Sc. III. v. 5.
(6) In Deorum Concilio Tom. II. pag. 907. 908.
(7) In deſcriptione pompae Bacchi, de qua ſuperius memini , Lib. V. pag. 198. 199. 200. 201. 202. 203.
(8) In Anacharſi , & de Saltatione .
(9) Vide Lucianum in Deorum Concilio pag. 908.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0321
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ce in Gemma I. relata in Tabula LXXXXI. quae peritiſſimi artificis opus eſt pereximium , Sileni pompam praecedunt Baccha thyrſigera , Satyrus tibicen , & alia Baccha , quae , Hygiae Deae more , ſerpentem manu tenet , ipſumque iam eſca exſaturaſſe oſtendit , ſublato altera manu vaſculo vacuo . His igitur ſerpentibus iam manſuefactis , (1) quos tum viri , tum feminae , interdum etiam utraque manu , & quidem binos tenebant , (2) caput quoque coronare ac ſe ſe incingere ſolebant , atque eos in ſinu fovere , quod etiam conſtat ex Catullo , (3) qui Bacchantes egregie deſcribit , & ex Euripide in Bacchis . (4) Nec aliter in Sabaziis quoque ſacris fiebat , in quibus aureus ſerpens in ſinum initiatorum mittebatur , & inferius educebatur; quo ritu , ut docent veteres Mythologi, Bacchi γένεσιν declarare voluerunt, quem Iuppiter in ſerpentem mutatus ex Proſerpina ſuſcepit ; (5) ut alias omittam rationes , quae in Orgiis adſtruunt contrectationem , ac delationem ſerpentium .

SATYRORVM Bacchi comitum , rebuſque in omnibus ei miniſtrantium imagines parum ab hircis diſcrepantes in Gemmis III. & V. Tabulae LXXXVI. conſpiciendae ſunt . Satyram , & Satyrum paribus tibiis canentes exhibent Gemmae VIII. & IX. Tab. LXXXXIII. ardente ara ſacro igne , quae encarpo , ac feſtiva fronde coronata eſt . Iidem nocturnum ſacrificium celebrare videntur in Gemma I. eiuſdem Tabulae LXXXXIII. adſtantes ad aram ignitam coram ſimulacro Hermaeo , & ut videtur , eiuſdem Panos , fundente in ignem ſacras libationes puero , tenente vero lampadem Satyro .

Bacchi currum iunctis hircis ornatis pectoralibus corollis agit Satyrus , ut cernitur in Gemmae IV. fragmento in Tabula LXXXXII. qui in humeris utriculum defert vino plenum . Cophinulum unus ex Satyris e pedo in humeris pendentem gerit , atque aliquid aliud mihi incognitum in manu , ut videre eſt in Gemma IV. Tab. LXXXIX. fortaſſis vel frugum primitias , vel panem in verubus coctum , quem in Bacchi feſtis portabant Οβελιαφόροι *Obeliaphori* , qui inde nomen acceperunt , quorum meminit Iulius Pollux . (6)

Lu-

(1) Ex Euripide in Bacchis v. 697. & ex Plutarcho in vita Alexandri , qui Olympiadem eius matrem ex numero Baccharum deſcribit .
(2) Vide ſchema adoleſcentis Bacchantis a Fabretto allatum Inſcr. ant. Cap. VI. pag. 419.
(3) In Galliambic. de Aty LXII. v. 258.

Horum pars tecta quatiebat cuſpide thyrſos ,
Pars e divulſo iactabant membra iuvenco ,
Pars ſe ſe tortis ſerpentibus incingebant .

(4) In Choro I. Antiſtr. I.
(5) Vide Diodorum Lib. III. Cap. XV.
(6) Lib. VI. Cap. XI. Segm. 75.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0322
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Ludicrum certamen Satyrorum corniſcantium cum hircis exhibent Gemmae I. II. & III. Tab. LXXXIX. Pluribus modis a Satyris illud fieri ſolitum hinc colligere poſſumus. Nam vario geſtu excitato hirco ad pugnam, & ad feriendum cominus fronte conviciis irritato, e Satyris unus apertam in eum manum intentat, alteraque pedum tenet; alter corniſcat reiectis poſt humeros manibus; alter vero innixus pedo, calcibus (nam pedes non hircinos, ſed humanos habet, villis veſtitos) eum averſus petit, atque a ſe arcere contendit. Hoc igitur certamen ad excitandum riſum inſtitutum (quod etiam in palaeſtris viciſſim ab athletis fronte arietantibus factum aliquando indicat Lucianus) (1) in Dionyſiis celebre, ac frequens fuiſſe videtur. Dubitandum non eſt de praemio victori conſtituto: nam in Gemma II. ante oculos certantium expoſita eſt palma, & corona ſoluta, ſeu vitta, ſeu taenia ſit. Idem ludus voluptate plenus non raro occurrit in anaglyphis ſculpturis ſepulcralium Vrnarum, ad indicandum, ut mea fert opinio, in Elyſiis campis ſilviſque riſum, & gaudium, quo iugiter affici credebant animas defunctorum.

PAN Deus Αγριος *Agreſtis*, ex Dionyſiacis miniſtris omnium maxime Bacchicus, (2) muſicus, ſaltator, venator, & bellator praeſtantiſſimus, (3) apud Arcades, & Athenienſes magno honore cultus, Libero Patri apprime carus fuit, quod ei pugnanti adverſus Indos opem ſtrenue contulerit. Eius effigiem, quae maioris cultus gratia minio pingi ſolebat, (4) qualem deſcribit auctor Hymnorum, qui Homero tribuuntur, itemque Herodotus, & Heſychius, exhibet Gemma VI. in Tab. LXXXVI. Apud Lucianum (5) idem Pan ἑταῖρον, καὶ διασώτην *ſocium, & conſiliarium* Bacchi ſe praedicat, atque in ducendis Bacchantium choris, modulandiſque calamis, & fiſtula, quam invenit, adeo peritum ſe iactat, ut ſine ſuo ductu nil Liber Pater facere poſſit.

Ad FAVNOS eiuſdem Bacchi comites, ac famulos deſcribendos gradum facio, qui tum iuvenes, tum ſenes, cum brevibus caudis, acutiſque auribus, ac ridenti ore ſculpti ſunt in pluribus Gemmis, ac praeſertim in VII. VIII. & IX. Tab. LXXXIV. & III. Tab. LXXXVI. Ex his aliquos vindemiae voluptatibus in-

(1) De Gymnaſiis, in principio Tom. I. pag. mihi 722.
(2) Conſule Lucianum in Bis accuſato T. II. pag. 665. 666.
(3) Vide Athenaeum Lib. XV. pag. mihi 694.
(4) Virgilius in Ecl. X. v. 26.

Pan Deus Arcadiae venit: quem vidimus ipſi
Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.

(5) Apud eumdem Lucianum in Dialogo Panos, & Mercurii Tom. III. pag. 16. Vide Athenaeum Lib. XV. Cap. XIV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0323
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

dulgentes indico in Gemmis VII. Tab. LXXXVI. & III. Tab. LXXXVIII. & VIII. Tab. XC. & III. Tab. XCIV. In vindemiis, in quibus principem locum Fauni, & Satyri tenebant, ad tibiam canebantur epilenii modi, ut docet Athenaeus. (1) Fistulam quoque, & citharam a Faunis adhibitam ostendit Gemma IX. eiusdem Tab. XC. & VI. Tab. XCIV. Eadem musica instrumenta Baccho quoque musices auctori veteres tribuerunt, ac dedicarunt. Signum Dionysi tenentis lyram, thyrsoque eam fulcientis describit Philostratus: (2) quapropter memorant ab Orpheo Orgia instituta fuisse cum lyra; (3) quamvis Orgia non tantum Baccho conveniant verum etiam ceteris Diis, quo nomine quaecumque sacra apud Graecos appellabantur. (4)

Illud insuper notandum est in his Bacchi celebritatibus puerulos quoque locum habuisse, qui ad iocos saltusque ex altiori scopulo ducendos instituebantur, quod indicant ex his aliquae Gemmae, nimirum V. Tab. LXXXVIII. in qua puer praemio in altum manu suspenso ad ludum excitatur, & in VIII. Tab. XC. illud recipiens cernitur. In II. vero Gemma eiusdem Tab. XC. Fauna puella ludicro tyrocinio puerulum Faunum ad saltationem instituit. Faunus ille manu gerens uvae botrum in mentém revocat ludos ab Athenaeo ex Aristodemo descriptos, (5) in quibus prope Athenas in Scirrhis ephebi cursu certabant, vitis ramum gestantes uvis onustum, quem βοτρυν ideſt *palmitem* nuncupabant. Currebant autem a Bacchi templo usque ad Scirrhiadis Minervae delubrum. Qui vicisset, calicem, quem *pentaploon* vocant, praemium auferebat, & cum iuvenum coetu comissabatur.

Plura saltationum genera in honorem Bacchi celebrata memorantur ab Athenaeo, (6) Luciano, (7) ac Polluce. (8) Praecipua vero laus est *Cordacis*, *Siccinnidis*, *Emmeliae*, *Telesies*, & *Pyrriches*; quae *Pyrriche* fuit longe prisca illa placidior, in qua eodem Athenaeo teste, (9) Bacchantes hastarum loco thyrsos gestabant saltantes, eosque mutuo alius in alium vibrabat; ferentesque ferulas, & lampadas res gestas Bacchi repraesentabant, atque subactos Indos, & Penthei supplicium. In *Scope*, quae simpli-

(1) Lib. V. Cap. VII.
(2) Vide Philostratum Iuniorem in signum Dionysi pag. mihi 876. editionis Patis. 1608.
(3) Auctore Luciano de Astrologia Tom. III. pag. 257. 258.
(4) Servium lege in Virgilium Aeneid. Lib. IV. v. 302.
(5) Lib. XI. Cap. XIII. pag. mihi 495.
(6) Lib. XIV. Cap. VII. pag. 629.
(7) De Saltatione Tom. IV. pag. 108. 109. Vide etiam in Dialogo de Gymnasiis.
(8) Lib. IV. Cap. XIV. qui memorat φαλικὸν saltationem Bacchi.
(9) Lib. XIV. Cap. VII. pag. mihi 631.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0324
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

plicior erat vel tripudii, vel ſaltationis ſpecies, manum curvam fronti, & oculis praetendebant; quem geſtum nos facimus quum aliquid procul adſpectamus. (1) Scopem, ut auguror, exhibet Faunus expreſſus in elegantiſſima Gemma v. Tab. XC.

Ad numeros dithyrambicos cymbalorumque & crotalorum modos Bacchae, & Fauni ſaltabant quum vino madidi, ac temulenti eſſent. (2) Horum exemplum habes in Gemma v. Tab. XCI. & VI. Tab. XCIV. Faunis ſaltantibus comites dati ſunt vel pantheriſcus, vel caper, ſaepe etiam canis, Baccho gratus, ut apud Nonnum legitur, quod valde laſcivum animal ſit. Verum iidem Fauni, & Bacchae afflati Dionyſi numine, hac illac diſcurrebant, vultumque in caelum converſum tenebant, ut ſaltantes ſtrophen, & antiſtrophen, aſtrorum motum imitarentur. (3) Crines tum Faunorum Bacchantium, tum Baccharum, ſive Maenadum divino furore percitarum fluxi ſunt, quatiuntque manibus vel breves ferulas, vel thyrſos nunc minori, nunc maiori, ac valde lato capitulo munitos; vel muſica inſtrumenta, vel crepitacula, vel Bacchicum ſcyphum gerunt, ut oſtendunt Gemmae II. IV. & VII. Tab. LXXXVII. item VII. & IX. Tab. LXXXVIII. necnon IV. & V. Tab. XCIII.

In effingendis veſtibus Baccharum, quae tenues erant fluxaeque, ſcalptorum non raro elucet eximium artificium; nam vento diffluentes mira arte ſculptae ſunt; quam ſummae elegantiae notam Lucianus commendat. (4) Tenues veſtes vento fluentes mirifice expreſſae obſervandae ſunt in Gemma I. Tabulae LXXXVII. quae ſaltantem Baccham exhibet, non vero Calliroën, ut aliquis non ſine ratione dubitare poſſet; nam in hac Baccha non apparet gladius pectori infixus, qui quidem cernitur in imagine Calliroës apud Auguſtinium, & Maffeium, quamvis ſtatu corporis ei valde ſimilis ſit. (5)

Neque etiam Caſſandram exhibent duae Gemmae eximii operis, nimirum VII. & IX. quae afferuntur in Tab. LXXXVII. ſed Bacchas, quae fortaſſis a Pentheo, ut tradunt fabulae, ad necem actae, ſupplices ad aram Bacchi confugiunt, quemadmodum obſervari poteſt in elegantiſſimo marmoreo Vaſe Bacchico, in lucem a me edito, quod Florentiae viſitur in ſuburbanis

(1) Ibidem Lib. XIV. Cap. VII. pag. 629.
(2) V. Lucianum de non tem. cred. cal. T. I. p. 852.
(3) V. Saubertum de Sacrif. vet. Cap. XXVII. & Notas in Tacitum Annal. Lib. XI. pag. 203. ad uſum Delphini.
(4) In Dialogo qui *Imagines* inſcribitur, Tom. III. pag. 281.
(5) In Par. IV. Fab. XXXIII. 48.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0325
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Hortis Principum Corſiniorum. (1) Magnum enim intercedit diſcrimen inter Caſſandram expreſſam in Tabula Iliaca, & in aliis Gemmis, (2) & has Bacchas, quae proiecto retrorſum capite, paſſiſque crinibus ad aram Bacchi encarpis coronatam ſupplices confugiunt, eidemque dum flexo genu inhaerent, imagunculam attollunt, ut forſitan divina ope praeſto eis ſit, vel ut edat vaticinia; nam Deorum imagines, ac praeſertim Apollinis attolli ſolebant ut vaticinarentur. (3)

Famularum Bacchi, uti ex his aliiſque antiquis monumentis argui facile poteſt, mos fuit in Orgiis ſecum ferre parva quaedam ſimulacra Deorum, vel ipſius Liberi Patris, ut quoties opus eſſet eorum numine protegerentur, atque ab imminenti aliquo periculo liberarentur. Id quoque in praelaudato Bacchico Vaſe obſervari poteſt; & a Bacchantibus quoque viris factum docet Patrenſium nummus, in quo cernitur Eurypylus ſtans ad aram ſacrificantis habitu, tenetque ſiniſtra Bacchum Αἰσυμνήτην, *Certaminis Praeſidem*, & *Curatorem*. (4) Memoriae proditum eſt & ipſum Dionyſum, inſectante eum Iunone, ad aram Rheae confugiſſe, adſtante Priapo; (5) a qua integritatem corporis recepiſſe ferunt, quum membratim a Titanibus diſcerptus fuiſſet. (6) Neque vero eam coniecturam improbarem, ſi quis parvum illud ſimulacrum, quod tenent Bacchae in his Mediceis Gemmis pereleganter expreſſae, quod Iocum eſſe arbitratur Maffeius, (7) referre putaret Rheam ipſam tibiis canentem, vel tympanum gerentem, eo modo tutulatam quo Dii Lares fingi ſolebant, (8) libenter geſtari ſolitam a Bacchis tamquam eiuſdem Bacchi, omniumque forſitan eius aſſeclarum tutelare numen; cui veteres non ſolum tympana, verum etiam tibias ſacras eſſe voluerunt, quae ex ea *Berecynthiae* dictae ſunt. (9) Conſtat etiam in more poſitum fuiſſe apud famulas Iſidis Deae Aegyptiorum, ferre eius imaginem in ſacra ei pompa; quod libet adnotare ex inſigni marmore Latina, & Graeca epigraphe inſcripto, & anaglypha ſculptura ornato, quod protuli ex Suburbano Florentino Muſeo Stro-

(1) In Par. I. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium Tab. XV. pag. LXXVII. & LXXVIII.
(2) Vide apud Fabrettum n. 102. quam etiam edidit, & illuſtravit Laur. Begerus. Caſſandra ſculpta tum in marmoribus, tum in gemmis complectitur Palladis ſimulacrum, arae impoſitum, non tamen illud tenet manibus; adſtatque Aiax eius violator.
(3) Conſulendus Lucianus de Syria Dea Tom. III. pag. 786.
(4) Vide Vaillantium in Colon. T. I. pag. 297. & Laur. Begerum in Gemmas e Theſauro Brandemburgico pag. 191.
(5) Ex Athenaeo Lib. V. Cap. VII. pag. mihi 201.
(6) Auctore Phurnuto de Nat. Deorum Cap. XXX.
(7) In Par. III. Gemm. ant. Tab. LVI. pag. 101. ſed alio modo Iocus exhibetur in Gemmis Vide Laur. Pignorium ad imagines Cartarii pag. 279.
(8) Varro Lib. VI. de L. L. Vide Feſtum. Laris Dei tutulati imaginem dedi in Par. II. Inſcr. ant. Etruriae pag. 129.
(9) Horatius Lib. III. Ode XIX. Virgilius Lib. IX. 619. Hinc a Cybele, quae eadem ac Rhea eſt, ſemper dilectus Marſyas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0326
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Strozio ; (1) in quo laudatur Alexandrina Puella Famula Bacchi, παστοφόρος *Thalamifera* Deae Niloticae Iſidis Caſtae , quae etiam in eo ſculpta eſt imaginem eius praeferens in tabernaculo . Sed quod Baccha expreſſa ſit in utraque allata Gemma , non vero Caſſandra , duae adſimiles Gemmae evincunt ; quarum primam edidit Maffeius ex Muſeo Puteano , (2) alteram vero Laurentius Pignorius ex Muſeo Bagarriano , (3) in quibus praeterea ſculptum eſt Panos ſimulacrum in Hermam deſinens , & Satyriſcus vino ſe iugurgitans .

Complures Baccharum imagines egregio artificio ſcalptae exhibentur in Tab. LXXXIV. & LXXXV. quae vero non hedera , ſed diademate caput inſigne habent , forte vel Reginae , vel Feminae ſunt Bacchi cultrices , e quarum numero fuiſſe Olympiadem Alexandri Regis Macedonum matrem , (4) & Meſſalinam Auguſtam compertum eſt , (5) ut paucis utar exemplis.

Baccha ſaltans , caputque vi iaciens , atque inflectens , (6) quae ſpectatur in Gemma v. Tab. XCIII. perſonam Comicam , vel Tragicam manu attollit ; quae ut coniici facile poteſt , indicat aliquod ſaltationis genus in honorem Bacchi ita fieri ſolitum , cui ſacra fuit Tragoedia , & Comoedia , (7) quae cum Bacchanalibus coniungi ſolebant . (8) Sacra quoque Baccho fuere σομάτια oſcilla , ſive perſonae , (9) quas ruſtici in ſacris Liberalibus arbori ſuſpendebant . (10) Illud etiam compertum eſt Romanos veterum Graecorum , & Etruſcorum more in Bacchanalibus produxiſſe viros ad modum Faunorum , Satyrorum , ac Silenorum perſonatos , ut auctor eſt Dionyſius Halicarnaſſeus , (11) qui eos deſcribit , qui etiam in Vaſis Etruſcis picti videri poſſunt . (12)

Perluſtranti mihi , ut ſaepe ſoleo , tum voluptatis , tum ſtudii cauſa veterum Etruſcorum monumenta praeclaro Operi Dempſteri addita , & eruditiſſimis obſervationibus explicata a Senatore Ampliſſimo Philippo Bonarrotio , quod editum eſt Florentiae impenſis Praeſtantiſſimi Viri Thomae Coke , in Magna Britannia Optimatis , de re litteraria , ac de Etruria noſtra praeclare meriti ,

(1) In Par. I. Inſcript. ant. Etruriae Vrbium. pag. 373. n. 128.
(2) In Par. III. Tab. LVI.
(3) Vide Imagines Deorum apud Vinc. Cartarium ex antiquis monumentis reſtitutas a Laur. Pignorio pag. 332.
(4) Teſte Plutarcho in Vita Alexandri M.
(5) Ex Tacito Annal. Lib. XII.
(6) Catullus Carm. LXII. v. 23.
Vbi capita Maenades vi iaciunt hederigerae .
Eum quoque vide Carm. LXIII. v. 255.
Euoë bacchantes , euoë capita inflectentes .
(7) Ex Scholiaſte Ariſtophanis ad Ranas v. 406.
(8) Ex Demoſthene in oratione de Corona ; Pauſania in Arcadicis Cap. XXXI. Luciano in Harmonide Tom. II. pag. 535. & de Saltatione .
(9) Athenaeo teſte Lib. V. Cap. VII. pag. 198.
(10) Ruſticorum Dionyſia deſcribit Virgilius Georg. Lib. II. v. 380. Vide Gemmam a Maffeio editam Par. III. Fab. LXIV.
(11) Lib. VIII. verſus finem . Vide etiam Par. II. Inſcript. ant. Etruriae Vrbium pag. 104. & 108.
(12) In Dempſteri Opere Tab. XII. Tab. XLIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0327
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

ti, ac ſedulo obſervanti varia ſaltationum genera, quae apud Etruſcos in Bacchanalibus fieri ſolebant, forte fortuna oculos conieci in Faunum pictum in Tabula XI. ex Vaſe fictili Muſei Medicei, qui ludicro geſtu ſaltat una cum Baccha circa Liberum Patrem; tenetque manu dextera cornu pro poculo; ſiniſtra vero ad os inverſa, compreſſo medio, & anulari digito, ceteris erectis, cornua facit: quod quidem nunc primum animadvertere res fuit multae voluptatis, verum tam ſero haud opportuno in loco notare non parvae moleſtiae: quem quidem geſtum recte a pictore delineatum eſſe comperi ſedulo obſervato Vaſe archetypo. Ludicrum igitur hunc geſtum in Dionyſiis Orgiis in uſu fuiſſe etiam apud Etruſcos minime dubitandum eſt, a quibus facile eſt Romanos didiciſſe.

Sequitur poſt deſcriptam Gemmam alia perelegans in qua ſculpta videtur puella famula Bacchi, (nam huius generis complures fuiſſe ex antiquis inſcriptionibus compertum eſt) (1) quae duplicibus canit tibiis, altero pede impoſito parvo ſcopulo, cui avis inſidet, quae pica eſſe videtur Baccho ſacra, ut docet Phurnutus, (2) quod garriat, ac rixas, & contentiones pariat, quod etiam vinum in ebriis facere ſolet. Verum ſi bene video potius Terpſichore cenſenda eſt, cui duplices tibias tribuere; (3) picamque quaſi pedibus ſubiectam arbitror referre unam Pieridum filiarum Pieri, & Evippes, quas Poëtae fabulantur in has aves mutatas fuiſſe, quod cum Muſis certare cantu auſae eſſent. (4) Huic Muſae locus inter comites Bacchi factus in mentem revocat Diodori teſtimonium, (5) qui tradit Muſas eumdem Bacchum peregrinantem ſecutas fuiſſe, quod etiam plura vetera e marmore anaglypha teſtantur, in quibus aliquae e Muſis eumdem praecedunt, vel comitantur ab Indis revertentem, vel triumphum agentem. Praeterea Bacchus Μελπόμενος *Canens*, cuius meminit Pauſanias, (6) a Melpomene Muſa cognomen accepiſſe videtur; quem Horatius in ſecretis nemoribus carmina docentem deſcribit, (7) cui etiam nova poëmata dedicata fuiſſe memorant. (8)

Ti-

(1) Ex Gruteri Theſauro p. CCCXVIII. 12. & in Par. I. Inſcr. ant. Etruriae Vrbium pag. 373. n. 128.
(2) De Natura Deorum Cap. XXX.
(3) Vide, ſi vacat, Sponium in Miſcellaneis Sect. II. Art. IX. pag. 44. & 45.
(4) Fabulam deſcribit Ovidius Lib. V. Metamorph. v. 300.
(5) Lib. IV. Anaglyphum in quo ſculptae Muſae comites Bacchi depromam in Parte II. Inſcript. ant. Etruriae Vrbium, quod exſtat Florentiae inter Cimelia D. Iulii Morellii Equitis.
(6) In Atticis Cap. II. & Cap. XXXI.
(7) Carm. Lib. II. Ode XIX.
Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem, credite poſteri,
Nymphaſque diſcentes, & aureis
Capripedum Satyrorum acutas.
(8) Vide Lucianum in Demoſthenis Encomio Tom. I. p. 905.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0328
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Tibiarum modis valde delectatum fuisse Musicum Bacchum perhibent : (1) quapropter ex eius comitatu tum viri, tum feminae vel in ludis musicis, (2) vel in sacris eius, unica vel duplici tibia canentes visuntur. (3) Id etiam ut confirmem ex ipsis Gemmarum sculpturis, Puellas Dionysias ostendo in Gemma v. Tab. LXXXIX. quarum una sedens recta simul & obliqua tibia modulatur; altera vero pastoritia veste amicta stat, fortassis ad canendum in honorem Bacchi hymnum, & ad choreas simul ducendas parata; (4) quae etiam tigilla tenet, quae saltantes modo breviora, modo longiora in manibus gestare, & quatere ad musicos modos solebant; (5) usitato more cum apud Etruscos, ut ostendit Vas fictile pictum, quod exstat Arretii in Museo Baccio, cuius schema relatum est in Dempsteri Opere, (6) tum apud Romanos, ut videre est in vetusta pictura ex musivo opere apud Petrum Sanctem Bartolum. (7) Observanda est in hac ipsa Gemma ara rudis, & subitaria, nulla arte confecta ex aggesta humo, seu e cespitibus arborum, & truncis, (8) in qua quum minime luceat sacer ignis, ψυχρὸς βῶμος *ara frigida* a Luciano appellatur. (9)

De tibiis Baccho sacris paullo fusius differenti mihi haudquaquam silentio praetereunda est rarissima Gemma III. relata in Tabula XCI. quam, ut arbitror, homo aliquis perditissimis moribus, Trimalchioni similis, otio, deliciis, & luxu marcescens, gestare solitus fuit, ut ex frequenti eius conspectu admonitus brevitatis vitae, maiori studio voluptatibus se se ingurgitaret: siquidem in contemptum mortis inducitur eius sceletus saltans coram pastore, vel opilione induto brevi tunica villosa; qui curis omnibus solutus, sedens in scopulo imparibus canit tibiis, parvumque globum pede suo conculcat. Illatam nemo est qui ignoret in mensas, & in convivia antiquorum imaginem mortis, vel sceletum, vel larvam, (10) quam ad quoscumque motus, & gestus faciendos aptabant, ut inconstantiae, & brevitatis vitae cum risu commonefacti convivae, nil aliud quam vive-

(1) Ex Athenaeo Lib. V. Cap. VIII. & Lib. XIV. Cap. II. ubi recitat Pratinae versus, & Cap. III. ibidem.
(2) Vide Aristidis orationem in Bacchum, & Pausaniam in Corinthiacis Cap. XXXV.
(3) Confer Lucianum in Harmonide.
(4) Adi Spanhemium in Praefatione ad Hymnos Callimachi & pag. 4. 52. & Pausaniam in Atticis Cap. XVIII, & in Laconicis Cap. XI.
(5) Vide Athenaeum Lib. XIV. Cap. VII.
(6) Tab. XIX. in secundo ordine figurarum Bacchantium.
(7) Tab. XVIII. il libro *Gli antichi Sepoleri*.
(8) Has describit Lucanus Lib. IX.
Erexit subitas congesti cespitis aras.
(9) In Bis Accusato Tom. II. pag. 657.
(10) Sufficiet Petronii textus Satyric. Cap. XXXIV. *Potantibus ergo, & accuratissimas nobis lauticias mirantibus, larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli eius vertebraeque laxatae in omnem partem verterentur*. In quem locum vide doctissimi Petri Burmanni, & aliorum enarratorum notas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0329
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

vivere cogitarent, ſuoque genio, & voluptatibus impenſius indulgerent. Coniunctum cum thymelicis cantilenis, (1) & cum modulationibus tibiarum lyrae & citharae cantum in Bacchi Orgiis, feſtis, & certaminibus oſtendit Gemma III. Tab. XCII. Praetermitto cetera in Bacchanalibus adhibita muſica inſtrumenta, ſcabilla, cymbala, tympana, crotala, crumata, crupetia, acetabula, quae frequenter in antiquis ſculpturis occurrunt. (2)

Cum Bacchis, ceteriſque Dionyſiacis virginibus, quae Liberum Patrem comitari gaudent, coniungendae quoque ſunt NYMPHAE, (3) & LENAE, quae torcularibus, ac vindemiis praeſunt. (4) Lenam Nympham, vel Auram, de qua videndus Nonnus, (5) armillis, & ſtrophio ornatam, (6) cum eodem Baccho ſedentem exhibet Gemma VI. operoſiſſima, quae viſitur in Tab. XCII. canente interim Fauno duplici tibia, & panthera exhauriente vinum e Bacchico cratere. Semidearum Dryadum forſitan unam cum Fauno loquentem, ſupplicumque more barbam eius tangentem, habes in Gemma IX. Tab. LXXXVI. & in Gemma VIII. Tab. LXXXIX.

Genium Fontis (7) libet mihi oſtendere in Gemma VI. elegantiſſima in eadem Tab. LXXXIX. cui manu innititur Faunus, cuius caput taenia, ſeu lanea corolla ornatum eſt. (8) Prope ſimulacra Deorum ſaepe a gemmarum ſcalptoribus ſtatui ſolent Fontes, vel Hermaea ſigna, e quorum ore fons in craterem, vel concham largiſlue manat. Nec fontes dedecent Bacchi miniſtros: nam Lucianus omnem eius exercitum egregie deſcribens, quo Indos bello laceſſivit, ac vicit, memorat apud eos quodam in luco tres fontes aquae limpidiſſimae fuiſſe, potuque mirabiles, quorum unus Satyris, ſecundus Pani, tertius Sileno ſacer fuit. (9)

Citharam, ſeu lyram adhibitam quoque a CENTAVRIS, qui inter temulentos Bacchi famulos numerantur, (10) quod vinum maxime appetant, docet Gemma II. Tab. XCII. in qua cernitur Ariadne, & Bacchus in curru, quem Centauri vehunt. Iidem quo-

(1) Hae Baccho ſacrae. Vide Phurnutum de Natura Deorum Cap. XXX.
(2) Vide Sponium in Miſcellaneis Sect. I. Art. VI. pag. 21. & Monumenti, ſive Columbarii Libertorum Liviae Aug. Tab. XII. pag. 29. & Donianas Inſcriptiones antiquas a me editas Claſſe VIII. n. 42.
(3) De his frequens mentio apud Athenaeum in Deſcriptione pompae Bacchi Lib. V. Cap. VII. Vide Phurnutum de Nat. Deorum Cap. XXX.
(4) Vide Natalis Comitis Mythol. Lib. V. Cap. V.
(5) Dionyſ. Lib. XLVIII. pag. mihi 1285. editionis Hanoviae.
(6) Pectoralis faſcia puellarum ornamentum, de quo Athenaeus ex Oëneo Lib. XIII. Cap. IX.
(7) Genio Fontis dicati lapides votivi in Gruteri Theſauro pag. DXXVII. 1. & apud Fabrettum Inſcr. ant. Cap. I. n. 100.
(8) Faunus laneam ſolutam corollam gerit in torcumate ex ebore antiquo apud Phil. Bonarrotium Senatorem in Obſerv. in numiſm. max. mod. pag. 348.
(9) In Baccho Tom. III. pag. 619. 620.
(10) Lucianus in Dial. Prometheus es in verbis Tom. I. pag. 30.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0330
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

quoque Aeſculapium in curru ducunt in Nummo Pergamenorum, (1) & faces accenſas manu praeferunt. Centauros tibiae quoque cantu doctos alia vetera monumenta declarant. (2) Spectandus eſt impreſſus Vitro antiquo VII. in Tab. XCIV. Centaurus thyrſo armatus, qui Baccham tenentem cymbalum vehit, ſeu potius temulentam rapit.

HIPPOCENTAVRVM feminam, ſolutis crinibus, velataque inferiori parte corporis ad imaginem equae pulcherrimae, & geniculatim flexae, ſedulo alentem ſuis uberibus admotum infantem Hippocentaurum, non faſciis involutum, ſed ſolutis pedibus liberum, exhibet rariſſimae Gemmae fragmentum V. in Tab. XCII. quod tanta ac tam eximia artis praeſtantia ſculptum eſt, ut vel in minima parte ex eius delineatione cognoſci poſſit quam ſit opus pulcherrimum, & praecellentiſſimum; nam certare quodammodo voluiſſe videtur artifex cum Zeuxi, vel eius gloriam aemulari; qui, ut egregie deſcribit Lucianus, (3) ſtupendo, & ut ſolebat, numquam antea viſo opere pinxit Hippocentaurum alentem utroque ubere filios ſuos. Legenda eſt etiam non ſine voluptate Centauridarum deſcriptio elegantiſſima apud Philoſtratum, (4) qui tum matres, tum earum infantes Centauros pingit, quorum alii in faſciis iacebant, alii latenter e faſciis exibant, variiſque luſibus matribus adblandiebantur.

Gemma VI. quae habetur in Tab. LXXXIV. egregio opere exſcalpta, raritatis laudem conſequetur ſi docti viri iudicabunt referre puerum CISSVM ſtrenuum Bacchi curſorem, & ſaltatorem; (5) qui quum ſaltu periiſſet Orgia celebrans, in hederam converſus fingitur. (6) Sculptus eſt proiecta aliquantulum cervice, ut in ceteris Baccharum, & Bacchantium imaginibus cerni poteſt, atque ore in caelum pauliſper converſo. (7)

Imagines prolatae in Tab. LXXXV. quae ſunt I. II. III. & IV. viris gemmarum cognitione, & ſtudio excultiſſimis procul dubio videbuntur referre Leandrum: nam capilli imbre madentes, geſtuſque brachii adnitentis perſpicue eum natantem declarant. Sed videndum quoque eſt an referre poſſint AMPELVM Bacchi delicium, & ipſum natantem; nam ferunt eum non ſolum

(1) Apud Andr. Morellium in Specimine Tab. I. pag. 31.
(2) Penes me ſunt plurima eclypa Gemmarum antiquarum, quae olim ſummo iudicio congeſſerat celeberrimus Petrus Andreas Andreinius, quae mihi heredes dedere; quorum unum refert Centaurum tibiis canentem.
(3) In Zeuxi, vel Antiocho Tom. II. p. 315.
(4) Lib. II. Iconum pag. mihi 783.
(5) Vide Nonnum Dionyſ. Lib. X. verſus finem.
(6) Id refert Conſtantinus Caeſar Themat. Lib. XI. Cap. XXXI. quem citat Hieron. Aleander in Explicatione antiquae Tabulae Heliacae pag. 21.
(7) Vide Saubertum de Sacrificiis vet. Cap. XXVII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0331
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

lum curſu & lucta in honorem eius certaſſe, verum etiam ad certamen natatus invitatum cum eo contendiſſe, atque cum eo ſe lavaſſe in Moeonio flumine, & Pactolo, huiuſque arenas aureas reddidiſſe; quae certamina, & luſus egregie Nonnus in Dionyſiacis deſcribit. (1) Hinc forte apud Hermionenſes inſtituti quotannis in honorem Dionyſi Μελαναίγιδος *Melanaegidis* ludi muſici, & natandi, ac certatim remigandi propoſita praemia, ut memorat Pauſanias. (2)

Antequam me expediam ab hoc tam immenſo Bacchi grege inſaniente, ſupereſt ut duas Gemmas oſtendam, in quibus ſacrificium Baccho fieri videtur. Capri vitibus infeſti, earumque arroſoris (3) immolatio exhibetur in Gemma IX. Tab. LXXXIX. fitque a Faunis, vel Paſtoribus in Liberalibus, poſito eo ſuper aram feſtiva fronde coronatam, & quidem quadratam, illis ſimilem, quae portari ſolebant in pompa Bacchi, (4) ut eius ſanguine conſpergatur. Notandus ille vir qui manum protendit; qui manuum geſtus in expectationem fauſti ominis, bonique rei quae orabatur eventus, (5) in ſacrificiis, & in precationibus fieri ſolebat. Poſita eſt prope aram arbor; nam fana, & altaria Deorum prope arbores virentes & limpidos fontes, teſte Homero, (6) ſtatuebantur, quae etiam ſacrae habebantur, & ex ipſis frondes, & rami decerpebantur, qui luſtrationibus inſervirent. (7) Deorum quoque Agreſtium, & Ruſticorum ſigna inter ramos arborum vel ſuper columnas condebantur; quare hoc modo ſtatutus cernitur Priapus in Gemma I. Tab. XCIV. & in reliquis Tabulae XCV. (8)

In altera Gemma, quae VI. eſt, & viſitur in Tab. LXXXVIII. duo viri ad aram ſacrum faciunt, quorum alter ſtat, & copiae cornu tenet; alter vero flexo genu libationes ſuper caput arietis effundit. Neque vero hoc ſacrificium pertinere ad Bacchum videtur, quum aries animal ei ſacrum ſit, & valde carum, quod devicta univerſa Aſia, valde laborante ſiti exercitu ſuo, quem per deſertum Libyae ducebat, implorato ab Iove auxilio, extemplo

(1) Circa finem Lib. X. & initium XI. Dionyſ.
(2) In Corinthiacis Cap. XXXV.
(3) Virgilius Georg. Lib. II. v. 380. Ovidius Faſtor. Lib. II.
Rode caper vitem, tamen hinc, quum ſtabis ad aram
In tua, quod ſundi cornua poſſit, erit.
(4) Hanc deſcribit ſaepe citatus Athenaeus Lib. V. Cap. VII.
(5) Vide auctorum teſtimonia, quae in hanc rem citat doctiſſimus Spanhemius in Obſervationibus in Hymnum Callimachi in Delum pag. 411.
(6) Confer Antholog. Lib. I. Cap. XXXIII. n. 30. Spanhemium in Callimachi Hymn. pag. 157. 290. 301. 379. De arboribus, & fontibus circa aras, & fana Deorum perſpicue conſtat ex Homero in B. Iliad. v. 305.
(7) De eo ritu Tertullianus de Baptimo, Sozomenus, Hippocrates in Lib. de morbo ſacro.
(8) De ſimulacro Priapi inter ramos Prudentius contra Symmachum:
Turpiter affixo pudeat quem viſere ramo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0332
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

plo ei apparuerit, & fontem amoeniſſimum indicaverit; quapropter voti compos templum in honorem Iovis Hammonis dedicavit. (1) Tribuendum igitur potius videtur hoc ſacrificium vel Mercurio, vel Aeſculapio; quum arietis caput ſymbolum cenſeatur conſervatae, vel reſtitutae ſalutis. (2) Agreſtibus Diis paratas victimas a Paſtore vide in Gemma v. Tab. XCIV. quam Auguſtinius, & Maffeius antea vulgarunt. (3) Plura cupientes in dilucidatione occultorum Bacchi myſteriorum, ac ſacrorum, adeant Virum Clariſſimum Matthaeum Aegyptium, qui elaboratiſſimam Explicationem ad S. C. de Bacchanalibus omnigenae eruditionis copia exornavit.

TABVLA LXXXXV.

PRIAPVS.

PRIAPI Hortorum, & Ruris cuſtodis ſimulacra ex ficu Baccho dedicata, atque ab eo inventa fieri ſolebant, (4) quae, quum Hermam referrent, arrecto veretro, declarabant eum generatrici hominum rerumque omnium facultati praeeſſe. (5) Statui ea quoque ſolebant vel ſuper aras, & columellas, nunc maiores, nunc minores, vel in aediculis, & in facellis reponebantur, quaemadmodum hae Tabulae oſtendunt. (6) Caput eius perbelle calamiſtratum, dependentibus utrimque cincinnis, cernitur in Gemma II. Tabulae XCV. Additum eſt ſceptrum, ſive haſta, nam bellicoſus Deus dicitur a Luciano, (7) & in duabus aliis Gemmis pedum, & thyrſus, tamquam Bacchi comiti, (8) qui etiam cum eo unum idemque numen habitus eſt. (9) Cervix eius taenia non raro decoratur; verum Theocritus hederacea corona crocea eam facit inſignem. Super par-

(1) Vide Hyginum Tab. CXXXIII.
(2) Begerus in Gemmas Theſauri Brandemburgici pag. 69.
(3) In Par. III. Tab. XLIX. pag. 88.
(4) Horatius Lib. I. Satyr. VIII. Bacchus Sycites *Ficulneus* in honore apud Lacedaemonios. Vide Athenaeum Lib. III. Cap. V.
(5) Ex Suida Macrobio Saturnal. Lib. I. Cap. XIX. Cauſeus de eo cumulate in Muſeo Romano, in Diſſert. de Mutini ſimulacris.
(6) Lege, ſi vacat, plura epigrammata in Antholog. Lib. I. Cap. LVI. n. 7. 8. 9. 10.
(7) De Saltatione Tom. IV. pag. 108.
(8) Vide Athenaeum in deſcriptione pompae Bacchi Lib. V. Cap. VII.
(9) Conſulendus Euſtathius in lib. B. Iliad. pag. 463. Flor. edit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0333
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

va ara encarpis ornata, (1) in qua conlocatus eſt, repoſitae ſunt tibiae tum rectae, tum obliquae, & tympanum, ſeu cymbalum; quae inſtrumenta ei quoque conſecrata fuere, atque in eius ſacris adhibita. In templis Deorum vel ante ſimulacra, vel aras muſica, athletica, bellica, ac ruſtica inſtrumenta dedicari, & adfigi ſolebant. (2)

Priapo, cui initiabantur, ut ex divinis libris conſtat, (3) ſacra tum a viris tum a feminis facta fuiſſe ex his Gemmis evincitur, nec quidem ſine pompa: nam cum duplicibus tibiis, cum lyrae, & citharae cantu, praelucentibus facibus, addita quoque ut conſtat hymni cantione, & circa eius aram, vel aediculam de more chorearum agitatione, (4) ſolemni ritu peracta fuiſſe docent haec monumenta. Victimae ad aram adductae capri, & hinnuli fuere, ut videre eſt in Gemma I. Tab. XCIV. & V. Tabula XCV. Columbae quoque, vel turtures a mulieribus offerri ſolebant, ad vota fecunditatis, ſpeique prolis obtinenda, quae hae aves deſignant, (5) ut oſtendit Gemma VII. in eadem Tabula. Eidem amphoram vini oblatam declarat Gemma IV. Tabula XCV. Thure, & mero ſacrificatum alia Gemma nempe VI. ibidem docet. Super candelabra, araſque vel rotundas, vel quadratas, vel tripodes ſacrum ignem accenſum in eius honorem & thus impoſitum ſummis digitis, ex Gemma tum VI. tum VIII. perſpicue apparet. Neque a veritate longe abeſt ſparſas etiam eius arulas croco, & balſamo, aliiſque odoribus ad ſuffimenta in eius honorem facienda. (6) Fruges, itemque hortorum arvorumque primitias, utpote Deo eorumdem praeſidi, (7) votiſque cum mulierum tum agricolarum benigne propitio, & obſequenti, (8) oblatas fuiſſe non obſcure indicat Gemma I. Tab. XCIV. in qua fruges in caniſtro afferuntur; nam caniſtra quoque inter vaſa ſacrificiorum a Polluce numerantur: (9) ex qua etiam colligi poteſt Canephoras Virgines Priapi ſacris interfuiſſe, (10) aliaſque ancillas tibicines, & hymnologas, ut in Gemma VIII. Tab. XCV. Poſitum etiam eius ſimulacrum in lucis, & ſpecubus. (11)

Eius

(1) Vide Athenaeum Lib. XV. Cap. III. pag. mihi 670. de templis Ethnicorum Tertullianus in lib. de corona militis: *Ipſae denique fores, ipſae hoſtiae, & aras, ipſi miniſtri & ſacerdotes eorum coronantur.*
(2) Ex Antholog. Lib. I. Cap. XI. n. 4. Lib. VI. Cap. III. n. 10. 12. & Cap. VIII. n. 19. Cap. XIV. 1. 2.
(3) Num. Cap. XXV. 3. 5. V. Doctiſſimum Calmet in Diſſertatione in hunc locum.
(4) Spanhemius in Callimachum pag. 292. 311. 312. 313.
(5) Pierius Valerianus de Hierogl.
(6) Ex Athenaeo Lib. I. Cap. VIII. & Lib. IV. Cap. VII. & Lib. V. Cap. VII. Ex Luciano de Sacrificiis Tom. III. pag. 83.
(7) Vide Tomaſinum de Donariis Cap. XXVII.
(8) Catullus Carm. XVIII. XIX. & XX.
(9) Lib. X. Cap. XVIII. Segm. 66.
(10) Vide Scholiaſtem Ariſtophanis in Acharn.
(11) Reg. Lib. III. Cap. XV. v. 13. Paral. II. Cap. XV. 16.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gori1731bd1/0334
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

Eius ſacella, & aediculae vel ſuper ſcopulum (1) erectae ſunt, vel ſuper ſolum poſitae in altum ex praelonga baſe adſurgunt. Illud etiam animadverſione dignum eſt quod omnes aediculae conſtanter in eamdem partem reſpiciunt. Perſpicuum enim eſt Deorum templa ita conſtituta fuiſſe ut orientem ſolem adſpicerent, (2) quae, ut in his Gemmis cernitur, feſtivis corollis, & bubulis capitibus exornari conſueverunt. (3) In templis Deorum Priapi ſimulacrum non raro in veſtibulo ponebatur, ut ei ſalutationes fierent in ipſo aditu. (4) Notandus etiam modus adorandi, vel ſupplicandi Priapo, cum mediocri quadam corporis inclinatione, ut in ſex Gemmis in his Tabulis eodem ritu conſtanter factum obſervatur. (5) Vota nuncupanti feminae ad arae foculum (6) teſte Gemma VIII. in Tab. XCV. propitio numine ante aediculam ſuam, ac ſimulacrum apparet Priapus, altera manu falcem praeferens; quo inſigni monumento Deorum epiphania apud veteres perſpicue oſtenditur, quam ex Hebraeorum ſacris ritibus accepere. (7) In Gemma IX. Tab. XCV. Priapus tum falcem tenet, (8) tum etiam ſinu facto e veſte ſua multiplicem gerit, aut offert fructuum copiam; etſi etiam non negem Silvanum, vel Vortumnum has imagines referre poſſe.

TABVLA LXXXXVI.

CERES VESTA DEA CAELESTIS CYBELE.

LEgum, frugumque ad inſtituendos, atque alendos homines inventrix CERES, (9) Baccho proxima occurrit in his Tabulis, quae ſimul cum eo colebatur ſacris myſteriis Eleuſiniis, quae non ſecus ac Dionyſia Orgia nocturna & occul-

(1) Vide Antholog. Epigr. Lib. I. Cap. LVI. 7. 8. & 9. 10.
(2) Conſulendus Lucianus in Dea Syria Tom. III. pag. 780.
(3) Ex eodem Luciano de Sacrificiis Tom. III. pag. 83. & Athenaeo Lib. XV. Cap. III. pag. 670.
(4) Ex eodem Luciano in Dea Syria Tom. III. pagg. 761. 778. 779.
(5) Vide eumdem Lucianum in Nigrino Tom. I. pag. 55.
(6) Sacrificandi ritus habes in Inſcriptionibus Fratrum Arvalium. Vide eas quas edidit Phil. a Turre Epiſcopus Adrienſis, & praeſertim pag. 290. in qua legitur AD FOCVLVM IMMOLAVIT.
